eſt fida cuſtodia/ dormientis et nature ſtimulus/ſopiti caloris lima/ſupfluitatis conſumptio/ vitioꝝ fuga/morborum morꝭ/languoꝝz medicina/lucrum temporis/iuuentutis debitū/adoleſcētie diſciplina/ ſenectutis gaudiū/ſalutis aditorium/nutricis ommū malorū eſt emula/ocij mimica· Ille nempe ſolus ab exercitio ſe abſtrahat et labore/ qui felicitatis gaudio vult carere· Verba p̄miſſa cōmentur in ſermone fulgentij ꝑtra otiosos vbi exponitur illud verbum· panē ociosa nō comedit· in quo ſermone multum cōmendat pij laboris exercitiū· In fine ſermonis tū labori preponit deuotū contemplationis ociū dicens· mariā propter contemplationis ociū mimime foze intra otioſarum mulierum numerū cōputandam/ quin potius in ommibus p̄ponendam· Quomodo em̄ panē illa ociosa comedit/ que pane vite plena alijs panem frangit· ¶Panem ſiquidē frangit qui oꝝōnis patrocinio/ cōuerſationis exemplo/pie eruditionis verbo eſurientes et ſitiētes iuſtitia refouet atq; paſcit· maria ergo que oꝝōne ſubuenit/ conuerſatione ad bonum allicit/predicatiōe inſtruit/ panem frangit ⁊c̄·

¶De quiete·

QVies aūt eſt ceſſatio ab exercitō et labore· Sicut em̄ neceſſaria eſt ad nature conuerſationē exercitatio/ſic et quies· naz quies finis eſt et conſummatio motus et laboris· ſine em̄ quiete nihil finaliter eſt durabile· qz qō caret alterna requie/ durabile nō eſt vnde celum qō maxime eſt mobile/ ſuo motu tendit ad quietē· ſimiliter ſol ⁊ luna/ſydera/ignis/aer/ aqua· et oīa alia que p̄m naturā ſunt mobilia/ tendūt finaliter ad quietem· vt dicit augu· Quies autem naturaliter habet inclinationez ad centrū· et ideo p̄ncipiū eſt ⁊ diſpoſitio aggregationis et adunationis partium in loco ſuo· et ideo omnia q̄ ſunt ordinata p̄m naturam ad quietem/ nobiliora iudicātur et digniora q̄ ſunt finaliter in quiete/ ꝯ quando ſunt in motu· ſicut et finis dignior eſt his q̄ ſunt ad finē

Quies autem prout opponitur exercitio tot modis conſideratur quo ad effectum quot et ipſum exercitiū· Alia em̄ eſt ſpiritualis/ alia corpalis· quorum vtraq; ſi fuerit nature cōmenſurata/ erit ſaluti fera anime et corpori et ſanitatis bonis conſeruatiua· ſi autem nō/ ecōuerſo· Item quies aliquādo eſt nimia· ⁊ hec ē malorum humoꝝ generatiua/ nutritiua multiplicatiua/ corruptionis inductiua· Nam aque quādo nimis quieſcunt/ putreſcunt· ſic ferrum et quodlibet metallum rubiginat quādo minus debito vſitatur· Alia eſt nimis parua· et hec ſimiliter ēvitioſa· qz naturam laſſaz non recreat/ debilitatem non reparat/ conſumptam non reſtaurat· ¶Mediocris autem inter hec eſt laudabilis· nam calorē naturalem confortat/ ſenſum recreat/ digeſtionem emendat/ corpus mediocriter purgat· ¶Item quo ad qualitatem· quies alia eſt vera· et hec eſt laudabilis ſi non ſit nimia· alia non vera· vt in febribus vel febricitantibus· et hec mīm laudabilis eſt· ſicut poſt dicetur·

¶Finit Liber Sextus·

Incipit Liber Septimus de infirmitatibus.



Postquam compleuimus auxiliante deo tractatum de illorum proprietatibus/que hominum naturam/ perficiunt et custodiunt/ dicendum est de his que cōtra naturam sibi accidunt/ eiusq; naturam destruunt et corrumpunt. Tria enim sunt que hominis naturam ledunt. scz causa morbi et ipse morbus/et accidēs sequēs morbum. Causa morbi est id vnde puenit malum et innaturalis i corpe dispositio. sicut est mala complexio/ nimia repletio/ vel inanitio/ virtutis defectio/ qlitatis alteratio/et cōtinuitatis dissolutō omnia enī ista causa vel occasio morborum sunt. Morbus autem sm Johannem est res ex quo accidit cōplexioni corporis lesionis nocumētū. sicut est febris apostema ꝛc. Accidens est res sequens ad istam introductam in corpore passionem siue sit cōtraria nature. vt dolor capitis in cephalica. siue non sit contraria sicut in peripleumonia rubor accidit in maxilla. Bona autem corpis dispositio dicitur sanitas per quā corpus hominis in sua complexione et compositione tale existit vt suas libere et perfecte peragat actiones. ab hac temperātia si fuerit natura lapsa/ incidit necessario in egritudinem et i morbum. Nam ex distemperātia et iequalitate humor accidit morbꝰ consimilis. vt est febris/hydropisis ꝛ huiusmodi. Ex mala vero dispositiōe membrorum incipit morbus dissimilis. vt in oculo obtalmia/vel in manu arthetica Ex mala vero dispositione vtriusq; puenit morbus vniuersalis. sicut est elephantia/siue lepra. Omnis enim morbus vel est consimilis/ humores et alia membra consimilia inficiens. vt febris et consimilia. vel est officialis/ qui membra officialia impedit. vel est vniuersalis/ qui naturā interius et exterius destruit et corrumpit.

De dolore capitis.

Istarum itaq; infirmitatum proprietatibus scz de earuz causis/effectibus/et signis/ et reme diis aliqua sunt dicenda. nō quidem de omnibus/ sed solum de his que in diuina scriptura generaliter exprimuntur. ꝛ ideo de ordine prosequendi nō est hic curandum. Primo igitur de passionib⁹ capitis est inchoandum Isaie. i. Omne caput languidum ꝛc. Dolor capitis (vt dicit constan.) cephalea dicitur. et puenit duobus modis. aut ab exterioribus. vt ex percussiōe vel ex calido aere dissoluēte vel ex frigido aere constringente. Secundo modo scz ab interiori prouenit vel ex causa priuata vel ex remota. Ex priuata/ que aliunde ꝙ ex capite nō prouenit. aut puenit ex causa remota. vt a stomacho. et si sit dolor ex causa priuata/ vt ex vitio solius qualitatis maxime frigiditatis vel caliditatis aut ex vitio humorum vtpote sanguinis/ flegmatis ꝛc. q dolor si sit interpollatus/ modo veniens modo recedens/ signū est ꝙ est a stomacho. Vnde galien⁹. si dolor est in capite nulla certa cā extrinsecus vemente/ acuti humores grauant stomachum. Si vero est sine intermissione/ ex humoribus ē si ex sanguine/ calore in patitur in capite/ grauitatem in fronte. quia anterior pars capitis sedes est sanguinis. oculi rubescunt/ faciei vene sunt plene. Si vero ex fumis colericis/ calor sentitur i nariibus sicitas in lingua vigilie ꝛ sitis ñ desunt. maior i dextra sentitur dolor ꝙ in sinistra. qz ibi colere sedes ē. facies cū oculis ē citrina. amaritudo sentit in ore. Si vo fuerit ex melancolia/ in sinistra parte erit dolor intensior cum frigore/ vigilijs/grauitate. facies erit liuida quasi cerei colozis. oculi cōcaui/ sollicitudo/ oris acetositas. Si vero fuerit ex flegmate/ sequitur dolor grauatiuus. per os et nares exit superfluitas. et qñq; cum tussi et graui spiritus attractione et querela. facies pallida et subtimida/ oculorum lippitudines/ oris insipiditas/ dolor a parte

posterior maior est· ibi enim est sedes flegmatis· vnde galienus i libro mstitutionum· Nosce te oportet caput diuidi in quatuor partes· Nam sanguis in fronte dominatur/colera autē in dextra/melancolia in sinistra/flegma vero in occipitio dominat· Istis et aliis modis plurimis accidit dolor capitis/sicut ex acumine fortis vini cuius fumꝰ pungit pelliculas cerebri/ et grauem mfert capiti passionem· (bucusq; constantinus·)

¶ De passione capitis·

Patitur autem caput dolorē quēdam interiorem/quez phisici (vt dicit constantinus) vocant emigraniam· et hic dolor (scom constātinū) molestissimus est· Sentit enim in capite quasi malleationem et percussionem/ non potest pati sonum/nec vocem/nec lumen/nec splendorem· et hic dolor est ex fumo colerico et calido cum ventositate et ideo sentit pūcturam/arsuram/et tmmitum· ¶ Patitur etiam caput specialiter in cute exterius pustulas et scabiem· saniem ad modum mellis emanantem et ideo talis scabies a cōstan· vocatur fauus· habent enim pustule modica foramina ex quibus lues egreditur quasi fauus·et prouenit ex humore vitiolo z viscoso vsq; ad cutis capitis supficiem pertingente et ulcerante· ¶ Item patit caput quandam pueris familiarez passionem/quā constantinus vocat squamam nos autē eam dicimus tineam/ eo q; admodum tinee superiorem cutis capitis corrodit substantiam et q; insepabiliter tenet eam· talis enim passio pruritus in capite generat immoderatū· de quo prurtu post confricationem quedam squame dilabuntur ¶ Dec passio sepe euenit infantibus propter abundantiam sanguinis et molliciem ipsius cutis z abūdantiam ubi ampliozis ¶ Dis (vt dicit constantinus) cibos subtrahimus z tūc humore vicino sublato/ ynguēta et alia remedia adhibemus ¶ Summū autem lactantibus (vt dicit idem constatinus) esse remedium/vt apertis retrosum z auriculis vemis sanguis extrahatur/et extractus sup locū doloris calidus ponat/ et locus mungat/qz poros caliditate sua z subtilitate apit/ et subintrando materiā diuidit et consumit·et qz capillorz radicibus illa squamositas adherere consueuit/sanari de facili non potest nisi radicitus de capite subtrahatur· que passio si mueterata fuerit/ vlterius vix sanatur/vix etiam tinea sanitati sic restituitur/quin semper post in capite vestigium relinquatur· ¶ Item patitur caput exterius dispendiū in ornatu/quando vel capilli capitis defluunt/ vel caluescūt·sicut supra libro·v·dictum est de capillis·quere ibi diligenter· ¶ Item patitur caput in suis capillis quandā corrosionem et indecentiam/ quam medici vocāt furfurisā· Nam aliquotiens quedam squame gramis furfuribus similime oriūtur iuxta radices capillorum in capite· et hoc vel ex vitio cerebri/ vel ex vitio fumi egredientis a capite ad nutrituram capillorum· Sed hec immundicia mundificatiuis ablutionibus et medicinis diligentius est abluenda·sicut z pediculi et furiones z quasi insensibiles vermiculi quibusdā necessarijs medicaminibus sunt de regimine capitis amouendi· Capitis passionibus supra dictis sic (scom constantinū) breuiter subuenitur ¶ Si acciderit dolor ex humoris vitio sicut ex sanguinis vel alterius humoris repletione sanguinem de cephalica extrahimus debitis et cōgruis medicinis corpus mundificamus/precipue si in stomacho materia fuerit/vomitum prouocamus/ et conuenienti medicina educimus·mundificato corpore/caput/manus/pedes/ aqua tepida pfundimus vt pori aperiātur/et fumi facilius euaporēt·Si dolet pars posterior venam latam in fronte aperimus/et sanguinem extrahimus·et prodest (vt dicit constantinus) vel tibias inferius scarificamus/et sic humores et fumus et spiritus qui causa sunt doloris a capite ad

inferiores partes reuocant· Si vero ps anterior dolet fluxum sanguinis/a naribus prouocamus· et si fuerit humor calidus et colericus/ frigidis occurrimus medicinis·tympora/ nares/ꝛ venas pulsatiles/ aqua rosacea cum lacte mulieris masculum nutrientis mungimus/et somnū prouocam⁹· Si vero materia fuerit frigida et viscosa in stomachi orificio posita digesta materia damus colaturā vomit⁹ patriarche· sic de fundo stomachi cōuenienti eam educemus medicinis fomentis mediocriter vtimur calidis/et vnguentis dictam mediocriter calidam adhibemus/et sic cōtraria contrarijs curamus· Si vero fuerit dolor capitis siue humoris vitio excessu alicuius qualitatis/tunc patiens non indiget purgatione/sed potius alteratione·qualitatibus ergo peccantibus/adhibemus contrarias qualitates· Si vero fuerit dolor ex nimia cibi vel potus repletione·sicut accidit nimiū crapulatis optimum remedium est aquam calidam bibere in maxima quātitate/et tunc modica mora interposita vomitum prouocare·Fortioribus si vis vti medicinis/recurre ad viaticum constantini· Sapientis industrie hec sufficiant·

¶ De catarro et fluxu capitis·

Voith·viij· Vemit estus super caput manasse et mortuus est ꝛc· Causa acceleratiois mortis manasse fuit imoderatus fluxus reumatis in capite ad interiora defluentis/ex violentia estus et calorīs/ humores capitis dissoluentis (vt tangit bern·) talis enim fluxus a medicis dicitur catarrus· Et fit in capite multis de causis·quandoq; ex caliditate aeris humores fluxibiles dissoluentis·quādoq; ex frigiditate eiusdē cerebrum constringentis/et partes liquidiores educentis·quādoq; ex abundātia hūor⁹ p incontinentiā effluentiū ex interiori calore dissoluente vel ex frigiditate cōprimēte vel exprimente·aliqñ ex hūiditate lubrificāte/quādoq; ex humorum liquiditate et fluxibilitate se diffundēte quandoq; ex debilitate virtutis retētiue Fluxus autem prouenies ex humorum nimia abundātia/talia habet signa·habitudo corpis plectorica est et repleta·facies eius subtumida/oculorum emmētia superfluitatum oris et nariū abundantia cū corporis grauitate· Caloris dissoluentis hec sunt signa·color in facie rubeus cum rubore venarū/maxime i oculis fluxus lachrymarum calidarū/ mordificantiū oculos/ et calefacientium ipsam cutem calor sentitur in profundo·Frigiditas constringens his cognoscit signis· Color faciei est pallidus/ lachryme frigide/frigus sentitur in profundo·Si vero fiat ex liquiditate humor⁹/ cognoscit per multitudinem superfluitatū aboris et naribus et eorum fluidam sine cohe rentia distillationem· Si igitur superfluitas est in causa/curatur p superfluitatis euacuationem/ maxime si ad spualia fiat fluxus et p humoris fluidi constrictionē Si enim fuerit fluxus frigidus et humidus/maxime valent in contrarium calida et sicca· constrictiua humoris et consumptiua·sicut laudanum/tbus/storax/ castorium· Si autem fuerit calidus/restringatur p frigidorum fomentationē/ per rosarum in aqua pluuiali decoctiōz et subfumigatōz et ipsarū rosarū ad foramina narīū applicationē· Attendēdū est aūt q̄ q̄diu catarrus est in vehementia fluxus nullum epithimum est apponendum/nullum fomentū adhibendū·quia maior fieret dissolutio· vt dicit constantinus· nec aquam debes capiti infundere/nisi forte aquam rosaceam vel salicis/vbi caliditas est in causa·

¶ De freneſi·

Deutero·xxv·ij· Percutiet te furore/et amentia/et stupore ꝛc· furorem vocat freneſim/quā sic describit constantinus· Freneſis inquit est calidum apostema in quibusdā cerebri pelliculis/quā sequūtur vigilie ꝛ alienationes·vnde a frenibus/id est a pelliculis cerebrum obuoluētibus freneſis

b5

dicitur· Accidit autem duobus modis· vel ex colera rubea ꝑpria coloze et febri li leuiata· q̄ furiosa effecta rapitur supꝰ per venas/neruos/et arterias· et colligi tur ad apostema et fit vera frenesis· vel fit ex fumo a cozpoze ad cerebzum ascen dente et ꝓturbante· et fit parafrenesis/ id est frenesis non vera· ¶Patit̄ frenetici eus terribilia accidentia sc̄z sitim nimiā siccitatem/lingue migredinem/et aspita tē molestationē/et angustiam nimiam· sincopim ꝓpter defectum spirituum ⁊ mutationē caloris naturalis in non na turalem· fit enim rubeus· i sanguis· ci trinus si colera est in causa· Accidit au tem hec passio· calidis et siccis in tempo re estiuo· et hec omnia coloze cooperan tur· parafrenesis vero q̄ generat ex alio rum membzoꝝ colligantia vt ex apo stemate stomachi vel matricis· bis mē bris in statum primum redeuntibus· re dit cerebzum ⁊ parafrenesis tunc curatur Sed cum post apostema sit in substan tia cerebri tūc frenesis pessima est· ⁊ mo lestissima· et ideo periculosissima· Signa vero frenesis sunt yrme discoloratio· ma timatice febris insania· vigiliarū instā tia· oculoꝝ mobilitas· et extensio dis soluta· manuū ꝓiectō· capitis commo tio· dentium frendoz· et collisio· sempvo lunt surgere de lecto· modo cantant mo do ridēt· modo plozāt se custodientē· et medicantem libenter mozdent atq; lace rant· razo silent· multū clamant· hūj pi culosissime egzotant et tamen se egzota re tunc ignozant· Cito igitur hijs subue niendum est ne peant· et hoc tam in die ta q̄ medicina· Dieta enim debet esse te nuissima mica panis· que in aqua pluri es est abluta· Medicina est· vt in primi pio caput infirmi abradatur· et cum te pido aceto abluatur· i loco obscuzo bene teneatur vel ligetur· diuersi vultus ⁊ pi cture coram eo non ostendantur ne insa nia fortificetur vel irritetur· silentiū cir cumstantibus indicatur· suis stultis ver bis non respondeatur· In principio de medicina/vena frontis minuatur· quan tum potest testa oui capere sanguis ex trahatur· ante omnia in principio· si vir tus ⁊ etas ꝑmiserint de cephalica minu atur· medicina autem est digestio procu randa· et coleza extinguenda· super om nia vnguentis et fomentis sominus pro uocetur· cum pulmone porcino· vel pec orino caput rasum sepius cathaplasmet· tympoza et frons cum succo lactuce· ⁊ pa paueris liniantur· sic his cōmuniter ex hibitis si adhuc perseverat insania· per tres dies cū insomnietate ⁊ vrine discoloratōe· non est de cōualescētia spes ha benda· Si vero incipiat colorari ⁊ mala signa minui· sperandū est·

De amentia·

AMentia idem est quod mania· Est autem mania secundū pla· infectio anterioris cellule capi tis cum priuatione imaginationis· sicut melācolia est infectō medie cellule capi tis cum priuatione rationis (vel vt dicit constā· in li· de melancolia) Melācolia est inquit suspectio dominās anime quā timoz et tristicia induxerūt· Et differūt passiones iste scōm diuersitatem lesionis opationum quia in mania principaliter leditur ymaginatō· i alia vero ratio· Et generantur he passiones aliquando ex ꝯbis melancolicis· aliquādo ex potatio ne fortis vini exurentis· et incinerantis humozes· aliquando ex anime passioni bꝰ· s· sollicitudine/tristitia/timio studio et timoze· aliquando ex morsu rabidi ca nis· siue alterius animalis venenosi· aliquādo ex corruptione aeris pestiferi et infecti· aliquādo ex malitia humoris cor rupti dominantis in cozpoze hominis· ad talem infirmitatem ꝓpati· Secun dum autē diuersas causas diuersa sunt signa· Nam quidam clamant· saltant· se et alios vulnerant· ⁊ in latebris latitant· de quozum dispositōne et differen tia supza habitum est li· v· vbi agitur de cerebri passione· hozum medicina est vt ligentur· vt a ꝓpria vel aliena cessant le

si ne· maxime sūt tales recreādi et a sollicitudinis et timoris cā z materiā amouendi· et instrumentis musicis letificandi· mediocriter exercitandi· et tandem si purgationes z electuaria non sufficiant arte cirurgica sunt curandi·

¶ De litargia·

Deutero xxviij· percutiet te cecitate· alia littera stupore· Et vocat stupor mentis secundum cōstā· quedam cecitas rationis que est q· somnus/oculis clausis quando propter defectum spūm anima non iudicat de visis sensibiliter nec discernit· sicut pcussi fuerunt sodomite in foribus loth· sicut dicit gio· geñ· xxx· et sap· vlti· ¶ Dic stupor secūdum constan· fit duobus modis· quia vl accidit ex perturbatione rationis non aduertentis· vel fit ex superfluitate humoris/ vias spirituum in cerebro impediētis/ vt patet in ebriosis· vel ex nimia frigiditate aeris neruos sensibiles compr mentis/ vt patet in his qui congelantur in glatie vel in niue· ¶ Fit etiā ex toti⁹ cerebri opilatione· vt patet in apoplecticis et in litargicis hoc videmus· stupor etiā dicitur membrorum rigor et extremitatum corporis cōstrictio quādo pre frigore membra videntur contrahi et dormire· Alio autem modo dicitur stupor secūdūm dam· qui dicit· admirād⁹ est stupor qui de re noua tē· stupor autem prout hic accipitur est quedam sompniculositas· q̄ est quasi quedam dispositio sepe ad maximas infirmitates z maxime ad litargiam que est apostema in posteriori cellula capitis generatum· et dicitur a lethos quod est obliuio eo q obliuionem induc it· fit autem frequenter ex fleumate in cerebro· et in byeme· per se autē nunquā euenit· sed semp accidit ex precedēti aliqua egritud ine· nā in quibusdā egritudinibus enutritū flegma actōe febris caloris ebulliens rapitur ad cerebrum z in posteriori cellula recolligitur ratione consormitatis et generat apostema· cuius signa sunt febris continua/ prima distemperata/ et spissa· oppressio oculorū/ grauis somnus/ eger vocatus vix respondet et si contingat respondere/ loquitur aliena· sup̄m⁹ iacet/ et si super latus quo ad horam vertatur/ proprio impetu iterū sup̄ma· in extremitatibus notabiliter infrigidatur· ¶ Horum remediū est vt eger in loco lucido statuatur· loquentium et disputantiū absit garrulitas· per pilos et barbam trahatur vehementius z etiam per capillos facies aqua frigida sepius perfundatur· pedes inferius confricentur· fumi fetidi inferius apponantur vt cornu capre exustum· et huiusmodi· clisteriū super omnia adhibeatur et apponatur· sternutatio prouocetur· caput abradatur/ fricetur/ et apertius/ vt de sinapi et similibus fomētetur· Sternutatio in hac causa optimū signum est· si vero hor mitatio perseuerauerit/ et tremor cū motu brachij/ et frendor dentium supueneri t/ mortale est· ¶ Et est notandum/ q̄ si de frenetico fiat litargicus/ pessimum est· si vero ecōtrario/ bonum si de litargico quis in frenesim moueat· ¶ Hec omnia extrahuntur de plate· et constan·

¶ De vertigine·

Dixit dominus in medio eius spiritus vertiginis Isaie xix· Vertigo scōm cōstantinū idem est quod sententia visus scilicet et spiritus sensibilis corruptela/ qua omnia subito videntur voluentia/ et tenebrosa· Causa autem huius est nimia hūor abūdantia cū ventositate mixta· Nā hūores mouentur i capite vētositate de corpe siue stomacho ascendēte ad cerebr· · Si hec passio i solo sit cerebro sentit patiēs grauitat mē capite/ somnum in auditu/ corruptionem in odoratu· et talis vertigo de facili non dimittit· Si vero est ex stomacho/ patiens sentit abhoīationē in ore stomachi et dolorē· sed talis vertigo recipit interpolatiōz or ascendente fumo tūc vertigo incipit·

quando vero nō ascendit/tunc dimittit. ¶Horum remedium est medicina purgatiua et fleubotomia/si aliud nō impediat. pedes īfirmi in aqua sunt ponendi a vino abstineat cum dissoluat/z etiam ab inflatuis cibis et a grossis. vomit⁹ etiam lenis prouocetur/quia multum valet.

¶De vigilia.

VIgilia est īsomnietas que est quedam cerebri passio quali opposita litargie. ¶Prouenit enim hec passio ex nimio motu cerebri et siccitate colere rubee siue nigre. ex intemperato calore et ex humoribus nimis salsis. Ex his omnibus nascūtur vigilie in ordinate/sequūtur angustie/mutat color/intendūtur sollicitudines/cogitatōes z alienatōes mentis/irrōnabiles suspitiones/corpus subtiliat et desiccatur virtus digestiua corrūpitur. tota hominis complexio īmutatur. palpebre et facies intumescunt et pessime passiones in corpore cōcitantur. his cito ne pereant medicandum est. horum facies et tympora cum sopiferis īungātur. lacte mulieb⁹ somni gratia perfundātur/corpora bonis cibis reficiantur. De vigiliis quere supra libro. vi. fo. lxxc.

¶De epilentia.

CAdit in terram spumans z̄. ¶Morbus caducus a constātino et aliis auctorib⁹ epilentia nūcupatur. et hic morbus ab antiquis ira dei vocabatur. Est autem epilentia (vt dicit constan.) humor būdus quo vētriculi cerebri non pfecte opilantur prohibens animam id est spiritum animalez ad declarandū actionem suam quousq; ab illo humore expilauerit cerebro viam suam. Dicitur autē hec īfirmitas in passiōe veranoron/ id est sacra passio quia sacram partē corpis occupat scz caput. Dicitur etiam herculis. quia hec passio fortis est vt hercules. Dicat z morbus caducus ab effectu. qz opilatis neruis membra que sunt īstrumenta virtutum a regimine spūum de pauperantur et destruūtur. et idco homines in hac passione compelluntur cadere. Est autem epilentia apoplexie vicina. locus enim idem est vtriusq; quia et materia vñ nascitur frigida est et viscosa. In hoc autē differunt. quia apoplexia omniū ventriculorum cerebri est opilatiua/cū priuatione rōnis et diminutione sensus z motus. epilentia vero non omniū/sed principalium ventriculorū cerebri est impeditiua. Dr aūt ab epi qō est supra z lemsis qō est lesio/quia supiorz precipue est lesiua. Dicitur et morbus puerilis/eo q; pueris sepe accidat. ¶Patiens aūt morbum istum subito cadit/obtorquetur os et facies cum tremore ceruicis/et totius corpis/cū constrictione dentium z stridore oris spumat/z plures superfluitates emittit. Vocant autem medici epilentiam apoplexiam paruam/ q; est ex trib⁹ causis (vt dicit constan.) quia vel ex humoribus flegmaticis vel ex melancolicis nascētibus in pra cerebri. vel ex vētositate frigida z grossa cerebro vl alicui⁹ membro dominate. sicut stomacho. Est enim aliquis humor et nascit in illo mēbro fumus q; ascendit ad cerebrum/cui⁹ grossitudine vie animalis spūs opilātur et inde morbus caduc⁹ procreatur. ¶Hec passio (vt dicat constā.) superuenit tempore determinato. vnde dicit galie. ¶Epilentia (inquit) que crescente luna vēnit sui materiā signat esse humidam. omne em humidum crescēte luna habet incrementum. que vero venit deficiente luna frigidissima est. sed ta mē parum humida est. ¶Epilentie autem tres sunt spēs/ sm triplicem locorum speciem vbi fiunt scz epilentia/que fit i capite ex materia existente tantū in cerebro. analentia vero fit ex materia existente i stomacho nō in concauitate/sed in vīs eius z arteriis ipi⁹ stomachi. p quoz mediocritatē materia ebulliens rapit ad cerebrū. ¶Cathalentia fit ex materia existente in extremitatibus/ vt in manibus et pedib⁹ que propriis quidem signis dimittit. nā catbaleci morbum suum presentiunt.

Sentiunt enim receptionem quandam quasi fœmicarū vel motum cuiusdā aure ex materia supius ascendente: et sepe pro constrictione extremitatū preseruātur a casu: et vt testatur galie. Isti sepe febriunt: quia sine caloris ebulitione: materia vix ab inferioribus posset rapi ad superiora. Analetici autem ex repletione stomachi laborant et maxima indigestione: et ciborum eructuatione z abhominatione. et hi etiam casum suum presentiunt. Epilentici autem non presentiunt: sed continua capitis grauedine laborant. Fiunt autem de passiones q̄n doq; ex sanguine: sed sepius ex flegmate. sepius etiam ex melancolia. et cause iste per propria signa cognoscūtur: maxime p corporis habitudinem sanguinea et flegmaticā vel melancolicam. per faciem rubeam vel pallidam seu liuidā per etatem/ per regionem/ per dietam. Si autē fuerit ex melancolia in defectu lune: ledit maxime et infestat. Si vo ex sanguine vel ex flegmate: in plenilunio maxie se ostēdit. De passiones sunt maxime adherentie: et eas curare difficile est. confert tamē eis et medicina z dieta oportet vt a nociuis cibis abstineāt: et a coitu et a vi mimia et frequentia hominū. qz in talibus locis solet eos citi⁹ accessio occupare. bonis cibariis et leuibus vtantur et tempate. plus de mane minus aut nihil de vespere comedāt. vinū temperate bibant/ scōm medicinam purgentur/ scōm humoris peccantis exigentiā. Experimentum plate contra epilētiā tres sanguinis guttas dicit esse p scarificatōz a scapulis extrabēdas z cū ouo cocti i fine accessionis patienti offerēdas. Dicit etiā ouā cocta multū pferre. Similiter dicit pionia portata et potata multum conferre. Idem confirmat et galie. et constan. z diasco. Dicit em̄ coagulum leporis bibitum iuuare epilenticuz. qz prohibet ne humor dissoluatur: q̄ ascendens opilat cerebrum. Dicit etiā q̄ epar asininū assatum confert: si comedatur. caprinū vero si detur epilenticis: mouet epilentiam. Multa alia dicit constantinus experimenta: de quibus nihil ad presens.

De sternutatione.

Ob. xii. sternutatio ei⁹ z. Sternutatio (vt dicit constantinus) est violenta cerebri commotio: ad expellendas fumosas ipsius cerebri superfluitates. De diuersis autem causis nascitur. aliquando em̄ ipsa natura operatur: cū fumos superfluos satagit a cerebro expellere qui vt causa sunt morbi: vel causa vitij. humanū em̄ cerebrum humidius est cerebris aliorū animalium. vnde et humores ibi abundantur: qui cooperante natura inde cū sternutationibus expelluntur. Aliquando em̄ fit sternutatio potius vi morbi q̄ nature. sicut in corica accidit z in peripleumonia. Aliquando autem habet fieri sternutatio si cānales narium humanārum curti sunt. vnde cito ad cerebrum: nociua ab extrinsecis veniunt. sicut puluis/ aer frigidus/ calor solis z huiusmodi: que cum ad cerebrum veniant expellūtur a cerebro vigore/ et motu suo et inde fit sternutatio: q̄ si fiat in acutis febribus siue reumate: signum est laudabile. signat enim naturā confortataz in expellendo quod sibi est nociuū. si autem fiat cum reumate: malum signū est. signat enim materie exuberantiam. vnde sinthomica est sternutatio et augmentum reumatis signat. et ideo in pleuresi et in consimilibus malum signum est et illaudabile. Sternutatio igitur cerebrum commouet et exonerat: totum corpus concutit et alleuiat in suo exitu. ex violenta cōmotione aeris in cānalibus narium strepitum facit. qui si plus debito post expulsionem superflui fumi permanserit: ledit. quia nimis dissoluit. et aliquando graues passiones excitat: et inducit. Restringatur igitur per medicinas. sicut p fumigationes constringentes/ spiritus reparantes/ et superfluitates consumētes. sicut est camamilla/ mētastrū/ rosa/ yreos/ z vigella/ et hmōi.

De tremore.

Dsuit dominus signū in chaim/ sc̄z tremorem capitis (cōm glo. strabi. Omnis (inquit strabus) qui muenerit me p tremorem capitis et cogitationem furiose mentis/ cognoscet me reum mortis esse. Tremor autem capitis qui et certitatio a constantino dicitur/ prouenit ex defectu et debilitate virtutis regitiue in neruis spondilium ipsius colli et in lacertis membrorū. In hoc autem morbo duo sunt motus/ qui sibi sunt oppositi. alter enim mouet sursum/ et alter deorsum. superiorem vero natura operatur/ inferiorem aūt morbus. morbus autem mittitur membrum dēme re inferius/ sed natura que ipsuz a suo regimine nōdum destituit/ mittitur ipsuz regere et disponere in ꝑpria dispositiōe/ et ita sursum eleuare. et ideo ex tali motuum cōtrarietate surgit tremor. Causa autem inceptionis tremoris/ est defectus virtutis cōmouentis lacertos (vt dicit cōstantinus) que virtus quandoq; deficit causa male complexionis/ vel accidentibus anime. sicut ex timo ꝓpter spiritꝰ confluētes ad cor. vnde membra ponderositate sua tendūt inferius. vnde quia natura non habet sufficientes spūs ad membra regimen confluentes/ nō ex toto potest membrū in sua consistentia detinere. et ideo sequitur statim tremor. talis autem tremor quedam dispositio est ad paralisim/ maxīe si acciderit dormitio frequens cū tremore/ cuius causa est frigiditas substantiam neruorū coagulans et constipans/ ne virtus sensibilis eam penetrare possit. omnis autem paralisis cum tremore leuior est ad curādum q̄ illa que est sine tremore. quia in prima nō est omnino membrū destitutum a natura. sicut est destitutum penitus in secūda. Talis itaq; tremor vna cum dormitione calefactiuis/ et confortatiuis/ et dissolutiuis/ et consumptiuis curabitur medicinis. sicut est theodorichon/ yeralogodion/ et similia. valent et balneationes/ fricationes/ et cū calidis et aperitiuis herbis subfumigationes. vt pori clausi aperiant/ vt humores superflui consumantur/ vt spūs excitantur/ vt nerui confortentur.

De spasmo.

Spasmus est neruorum violēta contractio motum voluntarium auferens vel retardans. talis cōtractio prouenit aliquando ex nimia repletione. quando ex inanitione. q̄ndoq; ex nimia infrigidatione. sicut est videre in manibus et labijs infrigidatorum q̄ vix verba formant/ vix etiā digitos complicant aut recuruant. Contractio vero ex tali extrinseca infrigidatōne soluitur in calore et alia non indiget medicina. caueat tamē patiēs ne nimis subito forti calori se exponat/ quia ex subita repercussione frigiditatis ad neruorum extremitates dolorem nō modicum patietur. Contractionē vero causatam ex inanitōe hec sc̄z signa declarant. precedit enim alī quādo fluxus immoderatus sanguinis/ vel vētris/ vel matricis. aliquādo labor vel abstinentia supra vires laborantis vel abstinentis. aliquando īmoderatus calor in corpe hominis peracutas febres patientis. aliquando profunditas z dolor vulneris/ acumen/ et fortitudo assumpti medicaminis. In his omnibus accidit spasmus ex nimia nature desiccatione et substantialis humiditatis cōsumptione. vnde corrugatur neruus et contrahitur. sicut pergamenū positum in igne et ideo via spirituū per neruos intercipitur/ et virtus vite regitiua impeditur. Omnis talis spasmus si diu duraverit/ mortalis est. vnde dicitur in amphorismis. Spasmus ex cholerico vel ex colerico mortalis est. Isti tamē spasmo in principio confert calidum lac mulieris si supra musculos faucium/ super spinam et collum et radices neruorū profundatur vndiq; ad idē valet aqua cū oleo si fuerit cū lana succida sup locū neruorū fomētata. Tertium vero genus spasmi est sc̄z ex repletione/ qui solet accidere pinguibus z carnosis/ et ingurgitatis/ qui ex effusione neruorū et dilatatione facilius soluitur. quia cū vnguentis/ calidis balneis/ ster

De infirmitatibus.

mutationibus/ et gargarismis curatur. vt docet constan. huic contractioni si febris supueneri/ summū remediū erit. vnde dicitur ī amphoris. Spasmo z the cano febris supueniens/ soluit egritudinem. Istius autē spasmi triplex est species. scz epitestanus scz quando nerui posteriores spasmātur. et eprocostenus scz quando anteriores nerui contrahuntur et cetbanus/ quando scz anteriores z posteriores contractionē patiūtur. In his tribus non est perfecta cura quādo accidunt ex mamitione. vt dictum est.

¶ De paralisi.

Paralisis est lesio partis humani corpis cum diminutione vel priuatione motus vel sensus vel utriusq; Fit enīz quādoq; ex frigiditate constringente. quādoq; ex humore opilāte. aliquando ex caloze consumēte et neruos sensibiles corrugante. aliquādo ex vulnere neruos mordente vel diuidente Ex istis em̄ causis et aliis denegat trāsitus spūs animalis ad instrumēta sensus atq; motꝰ. vnde si nerui sensibiles z motiui ex toto fūt opilati vel mali efficiūtur pariter īmobile z insensibile. sive to plena non fuerit opilatio vel transitꝰ spirituū denegatio fit ibi ex materia dempsimente et virtute regitiua erigēte tremor. sicut dictū est. Dabet fieri specialiter palisis ex supfluitate ciboꝝ z maxime potuū/ ex quibus fit mimia humorū generatio et dissolutio. et inde neruoꝝ consequitur necessario opilatio. Fit etiā ex frigiditate neruos constringente. quandoq; est cīmthonia alterius morbi/ scilicz quādo mīnor apoplexia ī paralisi terminatur. Est autem paralisis alia vniuersalis/ alia particularis. Vniuersalis est que recte mediā partem occupat bomīnis infirmantis. Particularis est q occupat partem vnam. vt manū vel pedē vel linguam. Item materia ipsius opilationis inducentis paralisim. quādoq; est in origine neruoꝝ. quandoq; in ipso membzo paralitico/ si in origine neruoꝝ sit causa stupoz et insensibilitas est circa loca vicina. vt in facie vel in principio dorsi. si vero in ipso membzo paralitico/ tunc ipsum patitur tantū et nō superiora. vt dicit galienus/ qui dicit se amouisse emplastrum quē sopbista posuerat super malum et posuisse sup collum. Ex quo patet q scām varietatē locoꝝ morbi debet vartari modus medicine. Paralisis ex incisione nerui penitus incurabilis est. Similiter parahsis vniuersalis in omnibus membris z maxime ī senib⁹ vix curatur. circa iuuenes tamen citius et efficacius opatur medicina. Primo ergo in paralisi mollificatiuis et relaxatiuis tam interius q̄ exterius exbibitis insistendū est. deinde desiccatiuis et constrictiuis. Si vero primo desiccatiua vehementer apponerētur liquidioribus partibus consumptis/ reliquū magis inspissaretur/ et sic compactus effectui ad dissolutionez et consūptionem inobedientius redderetur. et ideo predicto modo caute est procedendum. Congruis igit medicinis interius purgatiuis conuenientibus etiam vnguētis exterius membza mollificētur/ saluia et castozio in decoctione vini vantur. Alias vero medicinas quere in piate. et in viatico constan.

¶ De dolore oculoꝝ.

Dicet dolor accidere oculis aliqñ ab exterioribus. sicut a vulnere cōtinuitatē oculoꝝ dissoluente/ a paluere tenerā substantiam oculi perturbante/ a fumo oculos obfuscante/ vento frigido spiritū visibilem repentinē te/ ab aere calido dissoluente a mimia solis vel alterius lucidi corporis claritate spiritū disgregante. a mimia tenebrosita te spm̄ visibilem conculcante. ab morbi nata dieta et ebrietate continua visum ebetante. a venerea voluptate consueta spiritū et humorem crystallinū corrumpente et dissoluente. aliquādo ab interioribus vt ab humoribus calidis vel frigidis/ siccis vel humidis. primus autem dolor est pcipuus. causat ab interioꝝ calidū apostema nascens sup albugineꝝ oculoꝝ ex humoribus confluentibus ad pupillam et apostema facientibus.

et hoc accidit ex debilitate oculi recipiẽ-
tis: et ex abundãtia seu acumine humo
ris confluentis: et ex cerebro descenden-
tis. In tali itaq; apostemate oculus in-
tumescit et lachrymatur. rubescit/dolo-
rem et puncturam/feruorem ⁊ arsuram
sentit. potissime quando colera est i cau
sa. tunc enim videtur q; acubus perfore
tur. Si vero humor frigidus sit in causa
vel ventositas: oculus distenditur/gra-
uatur/de nocte muiscatur. humores mi-
mij effluunt. et illi sunt viscosi. maxi-
me affligitur in horis fleumatis. Si ve
ro sanguis sit in causa: sentitur pruritus
multitudo lachrymarum/ et calor in exi
tu earum leuis pundio/maior tumor et
dolor in fronte maior: et maxime in ho-
ra sanguinis. hec inirmitas si causatur
ab exteriori patiens quiescat. capite alto
dormiat/ ꝓpter fluxum lachrymarũ lu-
minis splendorem fugiat: ad vitandum
disgregationem et dissolutionẽ. maiorẽ
vocem nõ emittat: ne ex conatu vocis in
cerebro dissolutõ fortis fiat. cibus detur
frigidus et leuis digestionis: ne reuma-
tis fluxus augeatur. aqua clara/et ca-
lida potet. quia de natura sui fumi: fu-
mos consumit/neruos confortat/arsurã
et punctura; mitigat/balneis aque dul-
cis tempatis vtatur. his obseruatis: nõ
oportet aliter medicinari siue medicari.
Si vero sit dolor ab interioribus humo
ribus purgentur humores peccãtes vel
p subtractionẽ sanguinis vel p congruã
medicine purgationẽ. collyria mitigati-
ua et sanatiua interius ponantur. sicut
aqua rosacea cũ lacte femineo. vt dic cõ-
stan. lachryme cum restrictoribus cõpescã
tur. apponãt ergo in principio leniter re-
percussiua ⁊ mitigatiua in statu et i au
gmẽto mediocriter dissolutiua i fine cõ-
sumpta et semper cũ istis confortatiua
Circa apostema vero oculi nunquã fiat
matutitiua apponẽda ne substãtia ocu-
li que est tenera destruatur si ad saniem
ꝓtrabatur. ¶Preterea si materia ẽ mul-
tum calida et dolor fortis: non sunt ap-
ponenda fortia repercussiua. q; materia
subito posset repercuti ad neruũ obtic-
et opilando eum posset perpetuã indu-
cere cecitatẽ. Lippitudo est oculorum vi
scosa et glutinosa supfluitas oculoꝝ pal
pebris adherens: ex flegmaticis et me-
lancolicis humoribus in angulis oculo
rum incipiens/palpebras ingrossans/⁊
inuertens. hec oculorum cilia corrũpit:
⁊ ipsas palpebras quasi carneas crudas
facit. In lippis quippe oculis pupille sa-
ne sunt. sicut dicit glo. super. xxi. leuitici.
sed humore defluente palpebre grosse-
scunt: cuius cerebrum infusione et pupil
le acies vitiãtur. et illos signat quorum
ingenium ad cognitionẽ veritatis emi-
catur: sed opatio carnalis vite obscurat

De passione oculorum.

Via est passio oculorum: quam
nos maculam dicimus q; albu-
go vel pãnus dicitur a constan.
et habet generari sic. primo fit fluxꝰ reu-
matis ad oculos: ex quo fit obtalmia do
lor sq; ⁊ apostema. ex qua male discussa
remanet quedã leuis macula siue infe-
ctio que longo processu temporis excrescit
in telam et inspissatur et occupat maio-
rem locum scilz totã pupillam. tela vero
excrescit in pannũ per maiorẽ inspissatio
nem et maiorẽ loci occupationẽ. quia to
tum nigrum oculi occupat. ad vltimum
fit vnguis magis spissus et durus: q̃libet
istorum incurabile est si fuerit inue-
teratũ. tamen ꝑm loci collocationem de-
bet diuidi. Si vero collocat circa cristal
linũ humorem in ꝓfundum per dimidiũ
annũ sit incurabilis. in principio autem
vix curatur. Si vero colligatur sub con
iunctiua vel etiã supra p decem annos:
potest curari. quando igitur macula ẽ re
cens et modica: succus papaueris ruffi
sufficit ad medicandum. vt dicit constã-
tinus. papauer enim ruffum vel rube-
um: calidum est in primo gradu. et sic-
cum in secundo. et ideo habet virtutem
extenuandi/consumendi/et desiccandi.
dicunt etiam philosophi vt dicit cõstan.
q; sanguis ex summitate dextre ale co-
lumbe vel irundinis vel vupe extract
et super maculam recentẽ positus: cali-

dus maculam in principio potēter rumpit·sanguis enim istarum aquū est valde ignitiuus et dissolutiuus ex natura aquum ex quibus procedit·

¶De infectiōe oculi p sanguinē·

Alia etiam accidit oculis deformitas et passio·scz sanguinis infectio·quā constā·crustulam sanguinis nominat quando scz sanguis aliquo casu ad oculos defluens in crustulam desiccatur·cōuenit etiam ab arteriis et venis desudare ad oculum z venulas aliquas rumpi vel crepare in tunica cōiunctiua et ex circūfluente sanguine talem deformitatem in oculo generari·hūc sanguinem sic coagulatū dissoluit sanguis turturis vel columbe·vt dicit constantinus·¶Idem facit lac mulieris cum thure·Idem facit recens caseus sine sale melli commixtus si superponatur·multa alia experimenta dicit constantinus·

¶De lachrymis inuoluntarijs·

Fluxus lachrymarum inuolūtarius accidit oculis quandoq; ab exterioribus·sicut ex percussiōe/ex calidi aeris dissolutione· vel ex frigidi coartatione/ex fumi mordicatione/z paluerum perturbatione/ex ceparū z aliorum acummū odoratione· quādoq; ab interioribus·vt ex calidis humorib⁹ vel frigidis/vel ex superabundantia humorū per incontinētiam effluentium·ex debilitate cōtentiue virtutis cerebri et fortitudine expulsiue·Si autē humores calidi fuerint in causa/oculi rubent/lachryme distillantes calefaciūt facie z vrūt·calida obsunt/frigida prosunt· Si vero sunt humores frigidi/oculi sunt subalbidi/vel liuidi· lachryme etiā frigide faciem nō mordificant·frigida obsunt/calida prosunt· Ad lachrymationē factam ex percussione/et causis aliis exterioribus precipua cura est cera pura cum pulueribus cimini calefacta· et frequenter cathaplasmata· dolorem enim simul remouet/ac lachrymam et liuorem si sit cū vulnere/cum cirurgia curetur·ad aliaſ causas exteriores sufficit fomentū cum aqua tepida ita q tepor ad frigiditatē plus accedat·Si fiat autem ex fluxu et superabūdantia humorum purgentur detur dyaclibanū/cū vino decoctionis thuris· hoc precipuū est in hac causa/fiant restrictoria circa tympora et circa frontem·Hec omnia valent cōtra fluxum ex causa calida et frigida·

¶De defectu visus·

Defectus visus accidit oculis multiplici de causa·aliquādo ex mala complexione·aliquando ex fumi ascendentis a stomacho corruptōne· aliquādo ex nerui obtici opilatione· ex catheractis/ex panno/ex macula/et huiusmodi·aliquando ex diete mordmatione/ex egritudine longa/ex ieiunio z cotitu nimio·et ex multis aliis causis sicut ex senectute et huiusmodi·¶Distinguēde igitur sunt cause per pria signa· Nam si defectus accidat ex fumositate stomachi/defectus visus non est cōtinuus/ sed interpolatus·scōm em̄ ciborū assumptorum varietatē minuitur vel augeē·si autem est ex vitio cerebri/cōtinuus est defectus ante prandiū et post si ex opilatione nerui ipsius oculi substātia pura est et lucida atq; clara·alia signa per se patent·Ad istum ergo defectum tollēdum si est ex vitio humoris stomachi mundificetur/immo totum corpus precipue caput· deinde apponantur remedia localia/que in viatico et aliis auctorib⁹ inuenīuntur·

¶De cecitate·

Cecitas est priuatio visus·priuatur autem homo visu aliquādo propter organorum defectum/et pupillarum inproportionē ad spiritum visibilem·Ad hoc enim q formet visus exigitur debita proportio organi spiritum recipiētis ad ipsum spiritum·vt supradictum est de visu libro·iij· Aliquādo propter neruor interior opilationē· Si enim fuerit neruus qui dicitur obti-

cus: qui est visibilis spūs vehiculum in suo principio vel medio vel alicui⁹ carnositatis superexcrescentia: vel alicuius viscosi humoris abundantia totaliter oppilatus: virtutis visiue transitus non peruenit ad pupillam: et sic cecitas in oculo generatur. Aliquando fit propter humorum et spūum consumptionē: vt est videre in senibus: quorum oculi primo caligant et defectum visus patiūtur: tandem deficiente virtute videndi: potētia penitus destruitur. ¶ Aliquādo fit ex cā exteriori: sicut p oculorum vulnerationē p nimiam etiam et cōtinuam lachrymarum effusionem: per substantie oculi dissolutionē: per tunicarū oculi nimpissationem et indurationem et humorū in oculo compactionem. tunc enim nō est pupilla spūi visibili peruia: et ideo talis cōpactio est cecitatis in oculo inductiua: p substantialis humoris subitam desiccationem: vt in pupilla accidit: in quibus data potionatis et minutis qui ex nimia sanguinis subtractōne quādoq; incurrūt periculum cecitatis. Aliquādo propter subitam cum desiccatōne substantialis humiditatis spūs visibilis disgregatōnem vt patet in vso qui ad aspectum pelvis ardentis quasi subito excecatur. cui⁹ excecationis causa est aspectus pelvis ardentis et lucentis: cuius ignea virtus tunicā oculi cum crystallino humore et destruit et consumit. et eiusdem luciditas que spūi est improportionabilis: ipsum disgregat et dispergit. et sic necessario cecitatis perpetue vitium introducit. Inter omnes itaq; sensibiles passiones miserabilior est ipsa cecitas (vt dicat pstan. Nam sine omni vinculo cecitas ceco carcer est. decipitur in apprehendendo imaginatiua. quia de albo imaginatur q; sit nigrum et econuerso. impedit in iudicando vim deliberatiuam. iudicat enim pedes se et deliberat ire ad oriētem: et deceptus in suo iudicio vadit ad occidentē. peruertit et affectuz. quia oblato sibi ad eligendum denario argenteo cū cupreo: affectat eligere argenteū: et eligit ipsum cupreum. Tanta siquidem est ceci miseria vt non solum puero vel seruo se subiiciat pro regimine et ducatu: verum et sepi⁹ ipsi cani. et sepe ad tantā deducit necessitatem: vt ad transeūdum pontis vel vadi periculum plus cogitur credere cani q̄ sibiipsi. ¶ Item sepe in periculis vbi omnes dubitant. quia non videt periculuz securus est cecus et econuerso. sepissime vbi nullum periculum immineat: maxime cecus timet. sepe in plano cespitat pedibus et offendit. sepe vbi pes esset eleuandus: deprimit pedē et econuerso vbi esset terre figendus: ipsum eleuat et suspēdit. vndiq; palpando/contrectando manus dirigit. vndiq; de itinere dubius: manu et baculo viam querit. raro aliquid securus agit: semper fere dubius et timens erit. Item cecus quādo nudus iacet vel sedet: tectum se reputat. sepe etiam quādo videtur ab omnibus se latere putat. Item faciem aliquādo et oculos ad solem vel celū cecus eleuat: sed ipsius oculos celestis claritas non immutat. ipsius ceci oculis sol presentem exhibet suū radium: sed tamē presentis solis virtutem non percipit secundū effectum (vt dicit grego.) Item cecus aliquando puerum ductorem suum verberat/et percutit/et offendit. sed eadem verbera cito per puerum luit. Nam puer verberum nō immemor: in pontis medio siue a quocūq; alio periculo ipsum solum deserit. et ipm fugiens sibi viam euadendi periculū non ostendit. et ideo est miser cecus. qz in domo nihil agere fiducialiter audet. in itinere deseri a socio multū timet. In hoc tamē peior est conditio habentium oculos q̄ cecorum. quia ipsi oculi hostes sūt et predones animi humani quoz concupiscentias dum sequimur: seuissimis hostibus subiicimur. sicut dicit expositor super illud treno. Oculus meus depredatus est animā meam. Melius autez est homini oculis erutis cecum fieri: q̄ habere oculos et ecorum blandiciis decipi et abduci. vt dicit grego. sup illud. Melius est tibi luscum ad vitam ingredi: q̄ duos oculos habentem in iehennam ignis mitti. vt dicitur Matth. vi.

De infirmitatibus.

De surditate.

gidus. ꝓpter prædictam cauſam calidoꝝ
cognoſcim⁹ humoꝝ abundantiã ex ama
ritudine oris/ex ſiccitate lingue cum ſiti
et ex calidis fumoſitatibus palatū exco
riantibus. Adeſt etiã qñq; vomitus cro
ceus frigidos humores ſcimus eſſe in cã
ex eructuationibꝫ acidis vel inſipidis ſi
ue fetidis. ex indigeſtiõe ⁊ ſtomachi gra
uedine. Qñ igitur defectus ſpūum eſt in
cã/opandum eſt ꝓtra illã ꝓpter que ſunt
ſpūs in defectu. qꝛ ſi ex febre/agendū eſt
ꝓtra febrẽ. ſi ex ieiunio et corpis cõſum
ptione ꝓdita/ſunt cibis et electuarijs cõ
fortantibus repanda. et ſic de aromati
cis ceteris fiant ſalſamenta ſpūs repan
tia et orificiū ſtomachi confortantia. ex ace
to ſcz et menta et hmõi aromatica ſepiꝫ
naribus apponãtur. Si fuerit opilatio
in cauſa videlz ſi nihil obſteterit ꝙ pati
ens de mediana dextri brachij minuaꝫ
dentur calida diuiſiua/calida etiam cõ
fortatiua. vt dyacimmũ et ſimilia. miſ
ce nimia caliditas ſit in cauſa. tunc eñ ſy
ropo acetoſo eſt vtendum/et materia cõ
grua medicina eſt euacuãda. Si humo
res frigidi ſunt i cauſa/ purgetur ſtoma
chus cum benedicta vel alia cõgrua me
dicina et calidis confortẽt/diuerſa cibaria
ſunt offerẽda etiã ſi aliquãtulũ fuerint
nociua ſi ea deſiderauerit/ vt ſic in eis
excitetur appetitus. Iuxta illud hypo.

Parum deterior cibus et potus melio
ribus quidem/ delectabilis vero magis
eſt apponendus.

De boliſmo.

Boliſmus eſt imoderatus et qua
ſi caninus appetitus. Habet au
tem fieri ex frigiditate oris ſto
machi dominãte/aut exiſtente cũ humo
re. frigiditas igitur intenſa aſſumpta ci
baria vi expreſſionis trudit ad inferiora
et ſic ſtomachus manitus rõne vacuita
tis appetit. Stomachus autem ex mul
tis cauſis infrigidat. ſicut ex nimis frigi
da dieta et huiuſmodi. Dicit galie. ꝙ bo
liſmus naſcitur ex nimio calore mẽbro
rum quoꝝ vene trahunt ab epate. epar
vero ꝓ miſeraicas venas extrahit a ſto
macho/a que ſubito manitur ſtomachꝰ/
et ſequitur appetitus quaſi continuus et
imoderatus. et dinoſcitur ꝓ intenſionez
vene. quia cito aduenit. nec tamen ꝓ eũ
virtus deficit. iſti conuenit frigida medi
cina et groſſa dieta. Boliſmi autem hec
ſunt ſigna. ſcz ꝙ homo plus debito ape
tit et plus ſolito comedit. et tñ ex aſſum
ptis nihil corpori addit/ſed attenuatur
potius et marceſcit. adeſt frequẽter flu
xus ventris. Accidit aũt appetitũ immu
tari vt appetat quis nociua. vt carboẽs
terram/et ſalẽ et hmõi. et habet fieri ex
humore melancolico vel colerico infici
ente os ſtomachi. et quaſi quandã lanu
ginem inducente. vnde ſtomachus infe
ctus rõne conformitatis appetit talia. vt
in prægnãtibus patet. in emoroidarũ et
menſtruoꝝ retentionem patientibus/in
quibus fumus ab imundo ſanguine re
ſolutus inficit neruos ſenſibiles ſtoma
chi et immutat appetitum. Cõtra boli
mũ ergo dentur calida ſtomachum con
fortantia. dentur etiam cibaria vnctuo
ſa et multa pinguedine addita/vt vnctu
oſitas oris ſtomachi intrans/faſtidium
generet et inducat. et ſi humor frigidus
ac fleumaticus fuerit i cauſa/vt frequẽ
tius accidit/ſtomachus purgetur. tandẽ
calidis electuarijs interius/vnguẽtis ca
lidis exterius confortẽt. Conſimili mo
do curetur inordinatus appetitus.

De ſingultu.

Singultus eſt ſonus violente cō motionis ſtomachi ex ſpaſmoſa diſpoſitione eius puenies. Fit autem duplici de causa principaliter/ ſcz ex nimia repletione vel ex mānitione. z quādoq; ex frigore. his em̄ de causis ner ui ſtomachi contrahuntur. quibus cōtra ctis/ fundus ſtomachi ſupius eleuatur. virtus autem regitiua mittur ipſuz ad naturalem ſitum ſiue poſitionem redu cere. Ex tali ergo aſcenſu vel deſcēſu (vt dicunt quidam) fit quidā ſonus qui di citur ſingultus. vel vt mihi videtur duz fundus ſtomachi eleuatur aer in medio contentus vi expulſionis exiens dū alte ri aeri obuians per anguſtum tranſit/ fa cit ſonum qui dicit ſingult⁹. Quādo ac cidit ex repletione/ fit cū vo mitu humo rum vel ciborum/ et accidunt eructuatio nes diuerſi ſaporis ſcōm humorū abun dantiam et diuerſitatez et plectorica eſt corporis habitudo. dieta enim preceſſit nimis larga. Quando autem contingit ex mānitione cognoſcitur p febrem/ vel fluxum ventris vel ſanguims et p alia/ que extenuāt corpus. Sed quādo accidit ex frigiditate/ cognoſcitur p frigiditatez aeris vel p dietam frigidam precedentem et huiuſmodi. Contra ſingultum ex repletione/ vtendum eſt vomitu z alijs euacuatiuis calefacientibus et deſic catiuis. Contra ſingultū ex mānitōe ſi fuerit ſine febre/ vtendum eſt reſtaurati uis et humectatiuis. ſi vero fuerit cū fe bre piculoſior eſt. Contra ſingultum ex frigiditate actualiter calidis et potentia liter vtendum eſt. valet etiam ſternuta tio ſi prouocetur. valet etiam timor ſi ex improuiſo incurratur. vel ſi aliquod val de verecundum ſubito obijciatur. Nam calor revocatus ad interiora ꝓpter vere cundiam vel timorem diſſoluit fumum/ qui materia eſt ſingultus.

De vomitu.

Vomitus eſt ciborum et humo rum a ſtomacho violenta reie ctio. Et habet fieri iſtis modis aut vi nature/ aut vi ſinthomatis. Quā doq; enim ſuperabundant in ſtomacho humores calidi/ quādoq; frigidi. vñ quā doq; ex caliditate ebullitionem faciente et humores diſſoluente/ fit eorum p vo mitum expulſio. Sicut enim frigiditas intenſa in ore ſtomachi vi compreſſionis repellit būores et cibaria inferius. et eſt cauſa ſolutōnis p ſeceſſum. ſic caliditas dominans mouet eos aliquādo ſurſuz. et eſt cauſa euacuationis p vomitum. Aliquando etiam fit ex ciborum et po tuū ſuperabundantia. que cum natura non poſſit regere vel digerere/ ea repel lit a ſe tanquā ſibi ſuperflua et nociua. Aliquando etiam accidit ex qualitate cibi vel potus/ et ex eius acumine. vnde mordicat neruos ſtomachi/ et prouocat ad vomitum. Aliquādo fit ex debilita te virtutis retētiue et fortitudine expul ſiue. vnde ſtomachus non valens aſſum pta retinere/ p incontinētiam vomit ea. Aliquādo etiam accidit ex fortitudine acumine medicine. Aliquādo etiam fit vomitus cum inferiora ventris fuerint fortiora z expellunt ſuas ſuperfluitates ad ſuperiora. et natura non valens reti nere ea/ immo abhominans z abhorrēs p vomitum expellit. illa etiam fit aliqn do p compreſſionem et eleuationem ſto machi ex vicinitate et colligantia alioꝝ membrorum quando caſu aliquo patiū tur. vt ex matrice. vnde frequens vomi tus ſignum eſt impregnationis. vt dicit galienus. Vomitus itaq; laudabilis eſt quando fit vi et operatione nature. vel quando fit ſicut oportet et quādo opor tet adiutorio medicine. quādo fit in die cretico et eger ex vomitu releuat. Vomi tus enim laudabilis ſtomachum mūdi ficat/ vtuti digeſtiue ſeruit et miniſtrat totam naturā exonerat/ ab infirmitati bus infinitis totū corpus hominis alle uiat. Si aūt fuerit illaudabilis/ ptraria opatur. Omnē aūt vomitū naturaliter p̄cedit motus z tremor labioꝝ/ conat⁹ z anguſtia ſpūalium membroꝝ/ nauſea z abhominatio/ oris apertio/ lingue diſtē ſio/ et extēſio venarū/ arteriaꝝ et neruo rū. lachrymatio i oculis/ emiſſio ſudoris

ſmmutatio gutturis ¶ Vomitus igitur ſi fuerit neceſſarius prouocetur amaricatiuis·z ſmſectō lingue palati atq; oris Si ſuperfluus et nociuus·reſtringatur· ¶ Circa vomitum autem ex frigida cauſa valent calida et confortatiua/tam electuaria q̄ vnguenta·valet etiam dyacre romitō calidum dyanisum/dyacimmum et huiuſmodi·contra calidā vero cauſam valent frigida et ſicca·reſtrictiua et confricatiua·vt zuchara/roſacea/dyarodon triſandali/et huiuſmodi· Et hec de vomitu dicta ſufficiant·

¶ De doloꝛe ſtomachi·

Doloꝛ ſtomachi multis de cauſis habet fieri·ſcz ex caloꝛe diſſoluente/ex frigoꝛe coartāte/ex ventoſitate extendēte/ex apoſtemate cōprimente/ ex humoꝛe calido vel frigido villos ſtomachi muiſcando·Vbi caloꝛ ē ſm cauſa·doloꝛ eſt pungitiuus/eructuatō calida/parum pallida vrina· groſſa cibaria bene digerūtur/ſubtilia aduruntur amaritudo oꝛis/ſeceſſus colericus/vrina crocea·Vbi vero frigiditas cum hūore eſt ſm cauſa·eſt doloꝛ grauatiuus/dura male digerūtur/leuia et ſubtilia melius·ſolet adeſſe vomitus fleumaticus/ crudus/vētris conſtipatio/eructuatiōes acetoſe·Ventoſitas ſi eſt m culpa cognoſcitur ex rugitu et gurgulatione/ et eructationibus inſipidis ex quoꝛū emiſſione patiens alleuiatur· Apoſtema ſi eſt ſm ſtomacho cognoſcitur ex febꝛe concomitante/ex punctura et ardoꝛe/et indigeſtione/et oꝛificij extenſione· Si igitur caloꝛ cum humoꝛe ſit m cauſa·humoꝛ digeratur et cū medicinis propꝛijs·purgetur ſtomachus/cum electuarijs frigis cōfoꝛtetur/cum vnguētis frigidis exterius fomenteꝫ·Si aūt frigiditas cū hūoꝛe ſit ſm cā·cureꝫ modo contrario· Si ventoſitas ſit m cauſa curetur cum illis que extenuant ventoſitatē·vt dyamaratrum/ dyacimmū/et huiuſmodi·Magna eſt ventoſitas m coꝛpe et ſpēaliter m vētre cauſat toꝛſiones·quando ſe inter humoꝛes interponit(vt dicit conſtan·)et ideo oꝛtet vt ſibi ſuccurꝛatur cum medicina vētoſitatis ventris diſſolutiua·z ideo dicit conſtantinus vt ventoſa ſmeſcarificatione circūdet vmblicum·vt ventoſitas extrahatur ab interioꝛibus ad exterioꝛa·quia ſicut dicit idem· Plus vētoſitas ledit ſm multis cauſis q̄ humoꝛes· vt patet m hydꝛopicis· de quibus idem m eodem capitulo dat exemplum·Quicūq; igitur vult cōtinuam coꝛpoꝛis cuſtodire ſanitatem·cuſtodiat ſtomachū ne nimiū ſumat cibum·ſumma eñ et pfecta medicina eſt abſtinentia vt dicit conſtan·m·iiij·ca·de faſtidio·

¶ De dyarthia·

Solet etiam vētri accidere doloꝛ et toꝛtura vt dicit idem conſtantinus ex humoꝛibus m inteſtinis muiſcatis·ſicut doloꝛ yliacus/ colericus/et conſimiles paſſiones· Accidunt autem iſte infirmitates quādoq; ex itercluſa ventoſitate viſcerum obuolutiōes extendente·quandoq; ex huoꝛum multitudine viſcerum ſubſtantiam aggrauāte·aliquādo ex aliquo apoſtemate leſionem inteſtinoꝛum ſubſtantie inferente· aliquando ex lumbꝛicoꝛum multitudine viſcera interius coꝛrodente·aliquādo ex aliocum membꝛoꝛum colligantia cōpaſſionem inteſtinis inducente· aliquādo ex humoꝛum acumine inteſtinoꝛum ſubſtātiam moꝛdicante·z vlcerante·z iſte paſſiones propꝛias habent cauſas·z ꝓpꝛias ſignificationes· Ventoſitas ergo cruda et groſſa ab humoꝛibus reſoluta quādo cum fetibus includit in inteſtinis/multas generat toꝛſiones·et ſi fuerit reſoluta fumoſitas vel vētoſitas a materia ſāguinea·erit doloꝛ infixiuus·vt dicit commentatoꝛ·Si ex colerica·erit pungitiuus ſi ex fleumatica·dicetur extenſiuus· ſed ex melācolica·dicetur grauatiuus·ſi vero ex vitreo fleumate·dicetur congelatiuus· Quando autem ex ſola ventoſitate eſt·tunc dicitur doloꝛ deambulatiuus Jta dicit de verbo ad verbum commentatoꝛ ſuper Johannem ¶ Et his verbis vtuntur ſepe magiſtri et auctores· Jſta igitur paſſio curatur cum dyaſoꝛeticis medicinis id eſt euapoꝛatiuis/exte-

De infirmitatibus·

nuatiuis ventositatis/ et consumptiuis quando vero replent intestina grossa et viscosa/ grauissimas inferunt passiones· ligantur enim intestina et conglutinatur viscosa superfluitate· vnde natura non se potest a superfluis expedire· vnde necessario sequitur interiorum torsio/ inferiorum compressio/ ex repercussione fumositatum superiorum summa perturbatio· quoq; mors et subiecti destructio· vt pz ī yliaca et colerica passiõe· In tali itaq; casu solet ꝑmo apponi mollificatiua z materie indurate humectatiua· deinde aliquãtulum mordificatiua/ tandem necessaria purgatiua· et sic exoneratis interioribus et purgatis/ tota natura ad consistentiã debitam reuocet· ¶ Quando vero apostema occupat stomachum vel intestina ex materia atq; distẽsione apostematis sentitur dolor z grauedo in stomacho z etiã in intestinis· et ꝑm quãtitatez materie et qualitatem apostematis/ intenditur vl remittitur impetus angustie et doloris· dolor aũt semper tanto est grauior/ et periculosior/ quãto in subtilioribus et gracilioribus cõprehenditur intestinis· quia minus patet locus euacuationis et euentationis· Istis tñ interius z exterius cõfert medicina mediocriter refrigeratiua/ rõne febris mitigatiua/ rõe doloris maturatiua et ī mundificatiua/ rõe apostematis ꝓsolidatiua z sanatiua rõne subsequẽtis vlceris ne locus remaneat vlcerosus· Et ista oĩa et multa alia patent in viatico et in plate· que hic ponere esset superfluum· Quãdo eñ lumbrici sunt in causa/ maximus instat dolor· Sunt aũt lumbrici vermes quidã longi rotundi/ et acuti/ ex viscosis z crudis humoribus/ in intestinorum interioribꝰ generati· qui cum fuerint in gracilibus z longioribus intestinis generati/ dicunt lumbrici qz longi· vt dicit ꝓstan· Si vo ī inferioribus et grossioribꝰ sunt nutriti/ ascarides dicũtur et cucurbitini· Idi ꝑm diuersas materias ex quibus fiunt/ diuersas habent spẽs et figuras· Nam ex salso fleumate fiunt vermiculi longi/ gracles/ et acuti· nã doloris tius fleumatis qui habet motum a centro vsq; ad circumferentiam protrahit materiam vermis in longum· Siccitas vero cũ habeat motum ad centrũ et possit materiam dilatare/ constringit z coartat eandem in rotundum· et ideo vermiculi sic generati/ longi sunt et rotundi· Ex fleumate vero dulci fiunt vermes longi/ et lati· longi quidem rõne caloris· quia calor prolongat· lati vero/ quia se humor diuidit et dilatat· Ex fleumate vero acetoso quod frigidum est et siccũ/ curti et rotundi· qz vtraq; qualitas cum habeat motum ad centrum/ repugnat latitudini et longitudini· Ex fleumate vero naturali cum sit frigidum et humidum/ fiunt breues z lati· breues quidem ex frigiditate/ lati vero ex humore· isti dicũtur ascarides vel cucurbitini· quia semini cucurbite assimilant· ¶ Ex vitreo fleumate pre nimia frigiditate nihil viuificatur· hi vermes grauissimas inferunt corruptiones· febris adest/ pruritus narium/ stridor dentiũ/ abhominatio cibi/ stupor et alienatõ mẽtis/ clamor ī somno/ tremor corporis/ emissio lingue/ z masticatio cũ nihil habeant inter dentes· Et ista omnia accidũt propter colligantiam intestinorum ad instrumenta sensuum et ad maxillas· oportet ergo vt dicit constantinus vt citius ejiciantur/ alioquin corpus ab eis consumitur/ et membra remolliũtur/ nec expellũtur/ nisi quando morĩũtur· Dum eñ viui sunt/ cum intestinis inuiscati sunt et de facili non exeunt/ sed mortui abhorrẽte eos natura ejiciũtur· tamẽ aliquando exeunt/ sed quasi mortui et statim morĩuntur· cum rebus etiam amaris occidũtur sicut absinthio/ et huiusmodi· q̃ omnia in eodem capitulo recitat constantinus· Debent autem omnia talia amara dari cum melle vel lacte vel cuz aliquo dulci· dulcia enim vermes diligũt/ que cum sibi incorporãt/ recipiẽdo amaritudinẽ se occidunt· Ibi eñ latitat hamus sub esca quando matrix vel vesica patitur/ et intestina propter colligantiã patiuntur· Nam collo vesice opilato/ retenta vrina vesica distendit· qua distensa/

ſmteſtinū qō ſibi adtacet compꝛimitur ⁊ ad fecis expulſionem impeditur·et mclu ſa ventoſitate colerica paſſio generatur ¶Dec paſſio generatur (vt dicit conſtā·) ſm quīto mteſtino qō vocaꝫ colon id eſt concauū·et eſt m dextra parte vētris m= feriozis circūcīgens·ſicut zona patua vſq; m partem ſimſtram·Cauſa autem huius paſſionis eſt ſeptifozmis· vt idem dicit·¶Prima eſt caloꝛ igneus et coleꝛi cus febꝛalis mtermixtus·deſiccans fecis humiditatem et mdurans·exire nō per mittens·Secunda cauſa eſt ubi ſicci et ſtiptici groſſiciesꝫ egeſtionem exire pꝛo hibens· Tertia eſt fleumatis viſcoſitas vias egeſtionis concludens· Quarta eſt groſſa vētoſitas cū viſcoſis humoꝛibus ſe immiſcens et deſcendens·Quīta eſt cauſa cum apoſtema m mteſtino naſcēs ſubſtantiam feculentam exire libere co hibens·Sexta multitudo aſcaꝛiadum ⁊ lumbꝛicoꝛum moꝛtuoꝛ et muſcatoꝛum m hoc mteſtino exire non valens·Septi ma eſt mteſtini m̄ſenſibilitas nocumen tum fecis non ſentiens nec expellens· ¶Dec paſſio quacūq; de cauſa generataꝫ dira mfert coꝛpoꝛi toꝛmenta· vnde gene ralia et ꝓpꝛia habent accidentia· Adeſt em̄ generaliter vomitus/abbom mnatio/ toꝛtura/ et doloꝛ mtolerabilis· ex parte illa ventꝛis conſtipatio·et ſi eſt ex cali da cauſaꝫ venter videtur acubus pungi· Nam et patiens cito moꝛitur ſi non ha bet remedium· ſi ex fꝛigida eſtꝫ tunc mi mia ſentitur gꝛauitas·lentus tamen eſt doloꝛ et m vno loco·Si ꝛo eſt ex ventoſi tateꝫ doloꝛ eſt extenſiuus et immutat lo cum cum gurgulatōe et mflatione·ſi eſt ex apoſtemateꝫ ſentiē caloꝛ· doloꝛ adeſt· febꝛis cū ſitī et aſperitate lingue· Si ex lumbꝛicis toꝛtura ſequiē et doloꝛꝫ et ab hom̄natio aliquādo per os eos vomunt et bꝛeuiter moꝛbus eſt peſtifer et moꝛta lis·cito mterficiēſ miſi efficaciter ſuccuꝛ ratur·¶Primo igiē ſunt cauſe moꝛbi mi tigande/ diſſoluende/ et deſtruende peꝛ balneationes/calefactōes/ diſſolutiuas et liquefactiuas vnctiones· vt eſt anati ſon/ ylion/et huiuſmodi·Si vero ꝑ miti gatiuā non ceſſauerit doloꝛꝫ tūc ad foꝛ tioꝛes ꝓcedēdum eſt medicīnas diſſolu tiuas/purgatiuas·ſicut m viatico conti netur·¶Huic paſſioni eſt cognata yliacaꝫ ab ylion mteſtino dicta· et eſt mteſtinū gracile ⁊ longum ꝛnuoluens circūquaq; alia mteſtina· et eſt a carne diſcoopertū vnde valde eſt ſenſibile·vñ ⁊ hec paſſio vocatur vna de peracutis ſm gali·quia vno die vel duobus mterficit·et ideo pi culoſioꝛ eſt q̄ ipſa colerica·conſimili tū modo curatur·ex conſimilibus em̄ cau ſis generaturꝫ ſed maxime ad apoſtema ta vt dicit conſtantinus·

De diſſenteria·

¶Aliquādo etiā patiē venter ex ci boꝛ et humoꝛ lubꝛicitate ⁊ acu mine·vt ī diſſenteria/liēteria ⁊ diaꝛꝛia·et hec mter ſe differunt· Nā (vt dicīt ꝓſtan·et plate·) diſſenteria eſt fluxꝰ ventꝛis cū excoꝛiatōe mteſtim et ſangui nolenta egeſtiōe·Et ꝺꝛ a deſcīndēdo·qꝛ m ea ſcīnduntē mteſtina· et fit ex colera naꝛali vel mnaꝛali mteſtina coꝛrodēte ⁊ excoꝛiāte·qñq; etiā fit ex fleumate ſalſo ⁊·qñq; ex melācolia aduſta·qñq; ex vitiō epatis·et ꝺꝛ epatica· qñq; ex debilitate ꝓtentiue ꝓtutis ſanguīē retinere nō va lentis·qñq; ex mimia ſanguinis abundā tia marīe m detrūcatis ſanguis ꝓſuetus trāſmitti ad nutrimentū mēbꝛi qñ abſci ſum eſt membꝛꝫ cū nō mueniē membꝛū qō nutriat ſupabundat ī epate et ꝑ fncō tmentiā emittiē·et ꝺꝛ impꝛopꝛa diſſente ria·¶fit etiā ſepe ex vitio mteſtinoꝛū· et tūc ſunt tres ſpēs·In ꝓma reſoluiē mte ſtinoꝛ vnctuoſitas·et apꝛaret egeſtio·ſi cut lotura carnis pinguis· In ſcōa villi ſtomachi abꝛadunteꝫ et apꝛarent q̄ſi ra ſure pgamen·In tertia ꝑ fruſtula emit tunt mteſtina· et tūc apꝛarēt q̄ſi carnoſe et neruoſe et arterioſe reſolutōes· ¶Pri ma igiē ſpēs bene curaē·ſecūda vix·ter tia nunq̄·ſimiliter epatica vix curatur· ¶Diſſenterie igiē ſigna ſūt ſanguinolēta egeſtio/toꝛſio vētꝛis/doloꝛ pungitiuus· qñq; ergo fit excoꝛiatio mteſtinoꝛ ſupio ꝛum·qñq; mediꝛ/ qñq; mferioꝛum· et ſcōm hoc variatur doloꝛ nunc m ventꝛe

De infirmitatibus.

ſupmo: nūc circa vmbilicū: nūc ī īfimo. Scōm igitur cauſarū diuerſa genera: di uerſificari etiā ſolet medicīa. primo er go ſolet mundificari humor peccans. de īde fluxus īterciꝑi. z hoc tā ſyropis q̄ electuarijs. tā emplaſtris: q̄ vnguentis ſtipticis et ꝓſtrictiuis. Interior ꝛo medi cīa iuuat efficacius: quando ī ſupio ribus īteſtinis eſt materia: exterior ve ro plus adiuuat īferiora. ſtiptica igitur et conſtrictiua debet eſſe tam medicīa q̄ dieta.

De lienteria.

Lienteria eſt fluxus ventris cuz īdigeſti cibi et potus emiſſio ne quādo nulla fit immutatio circa cibum. ſed ſicut accipitur: ſic emitti tur. que contīgit aliquādo ex villorum ſtomachi abrāſione: vnde ſtomach⁹ nō valet cibum retīnere. quandoq; fit ex vi ſcoſa et flegmatica humoroſitate villis ſtomachi et īteſtinorum adherente. ali quādo ex apoſtemate. quia tunc ex cibis plus grauatur ſtomachus: et ideo ſenſu nature mouetur ſtomachus ad expellen da cibaria antequā digerantur. Curet hec īfirmitas ſicut ſupra dicta.

De diarria.

Diarria eſt fluxus ventris ſim plex cum cibi digeſti emiſſione abſq; ſanguinea egeſtione. Fit aūt aliquando ex ciborū multitudīne et eoꝝ liquiditate et acumīne. aliq̄ ex co lera peccante īm quātitate potius q̄ īm qualitate. qz ſi q̄lificatiue peccaret: poti us diſſenteriā īduceret q̄ dyarria. quā doq; fit ex fluxu humoris ad īteſtīna a capite defluentis et ea vel mordicātis: vel lubricātis: et tūc emittit patiēs ſpu mas z ampullas. iuxta illō hypo. q̄bus ſpumoſe egeſtiones ī diarria apparēt. his a capite flegma defluit. fluxus curatur p diete tenuitatē: cum multitudo ciborū eſt īm cauſa. ſi ex acumīne: dentur refri geratiua z humectiua. ſi ex fluxu humo rum a capite: dentur reumatis reſtricti ua. Et hec de paſſiōnibus ventris: dicta ſam ſufficiant.

De hydropiſi.

Hydropiſis eſt error digeſtiue vi tutis: epatis tumorē z membro rum generans. vt dicit ꝓſtantī. Dū em̄ virtus digeſtiua debilitat ī epa te: ſupfluitates multe generātur īm co pore: q̄ vigore virtutis expulſiue exteri⁹ tranſmiſſe: membroꝝ īflationem gene rant. Fit aūt tribus ex cauſis: generali ter ex retentione ſuperfluitatū ꝓter na turā. ex fluxu humiditatis ꝓter natu ram. ex principali diſtempantia quali tatum ipſius epatis. Dum em̄ ſupflui tates ꝓter naturā retīnētur vt īm men ſtruo et emorroide et huiuſmodi: ex ea rum retentione oppīmūtur virtutes: ſu perfluitates generātur: ex quibus mem broꝝ īflatio ſequitur. Ex fluxu vero humiditatis ꝓter naturā: diſſoluūtur ſpūs: debilitantur virtutes: ſupfluitates ex īdigeſtione ſupuenientes īflationē membrorum efficiunt. Ex qualitatū di ſtemperātia erzat virtus digeſtiua ī epa te quadrupliciter: ſcōm quatuor quali tatum cōiunctionez. et ſic fiunt quatuor ſpēs hydropiſis ꝑm exceſſum q̄tuor q̄li tatum. Prima eſt lentofleuma ex diſtē perantia frigiditatis et humiditatis. et dicitur ab albo fleumate. lentos aute album ōr. Scōa eſt hypoſarca vel ana ſarca: ex diſtempantia frigiditatis z ſic citatis. Tertia ſpēs eſt achites ex diſtē pantia caliditatis et būiditatis. Quar ta ſpēs eſt tympanites: ex diſtemperan tia caliditatis et ſiccitatis. Fiunt autem hoc modo dum humiditas et frigiditas īm epate diſtempantur: virtus digeſtiua debilitatur. qua debilitata: ſupflua ge neratur. que virtus expulſiua tranſmit tit ad exteriora: vnde vehemens accidit īflatio frigiditate et ſiccitate diſtempa ta īm epate. Similiter virtus digeſtiua diſtempatur et debilitat: et aliquātuluz fit expulſiua. et ideo ſupflua non emit tit vſq; ad cutis exteriora: ſed ſub carne retīnēt. et ideo hec ſpecies dicit hypo ſarcha: id eſt ſub carne vel iuxta carnē. Ex diſtemperantia autem caloris et hu miditatis per diſſolutionē ſpirituū de bilitat: extraq; virtus ſcilicet digeſtiua et

expulsiua. vnde ſuperflua per totū corpus nō expellunt: ſed inter ventrem et ſifas tantūmodo retinētur. et hec ſpecies dicit archibites: qz venter eoꝝ pcuſſus: reſonat ſicut vter. archis enim vter dr. Caliditate et ſiccitate diſtempatis ſpūs diſſoluūtur. et ſic debilitata vtraq; virtute ſuperflua ex indigeſtione ſurgentia p̄ caliduz et ſiccum in groſſam fumoſitatē reſoluūtur que nō expellūtur p̄ totū corpus: ſed circa ventrē retinētur. et hec ſpecies dicitur tympanides: qz ad modū tympani ſonat venter. In prima igitur ſpē eſt inflatio p̄ totū corpus: ſuperficies alba et mollis. digit⁹ carni impreſſus ſignuz foramis facit: et paulatim poſtea in ſe redit. vrina eſt diſcolorata/alba z ſpiſſa. In ſecunda ſpecie nō eſt tanta inflatio: ſed fetet eoꝝ caro. vrina eſt diſcolorata et tenuis. In tertia ſpecie eſt venter inflatus et ſonat pcuſſus. ſicut vter/vrina rubea/et ſpiſſa. In quarta ſpecie extenditur venter: et ſonat ſicut tympanum. vrina diſcolorata/et tenuis. collum z extrema efficiūtur gracilia. et nares acute. et oculi concaui et rotundi. due prime ſpecies poſſunt curari ante confirmationem. due ſecūde ante confirmationē vix curantur. ſed poſt confirmationē: nunq;.

Hydropicus ergo eſt corpe tumid⁹/mollis/grauis/et ponderoſus/et ſitibūdus. qui quāto plus bibit: tanto plus ſitit. z quanto plus bibit: tanto plus paulatim deficit: et amplius inturgeſcit. Talibus diuerſimode patientibus: diuerſimoda exhibeē medicina. eis tū valent ventoſitatis extenuatiua: humoris itercutanei conſumptiua: et virtutis deſtructiue in epate confortatiua. de quibus omnibus ſe expedit in viatico conſtan.

De hictericia.

Hictericia ſiue aurigo ē cutis defedatio abſq; ipſius meq̄litate. et dr in plate. q̄ tres ſunt ſpecies hictericie. crocea: ex colera naturali. viridis/et nigra. Prima vocat aurigo: qz citrinū efficit hoiem ad modū auri. alia vocat pegamitis/id eſt viridis. ex colera em̄ prima viridicant. tertia melancholon/id eſt nigra. qz ex colera nigra gignitur et aduſta. Fit aūt ex feruore et coctione ſanguinis in colerā tranſeuntis ex caloze ſupabundāte: et ſanguinē inficiēte. vñ deferē cū ſanguine ad cutis ſuperficiez: et ipſam inficit et inmutat. aliqñ fit ex opilatiōe ſuperioris vel inferioris oris fellis. vñ colera redundat ad epar et ſanguinem inficit. aliqñ fit ex apoſtemate vel febze ptinua ſanguinē inmutante et adurente. aliqñ ex corruptōe aeris vel cibi et pot⁹ corrupti. vel ex morſu et pūctura reptilis venenoſi. His modis ſanguis inficit et ad nutrimentū membroꝝ tranſmiſſus: ea ſm ſuā infectionez inficit et corrūpit. Hictericiā q̄ maxime calidā hec ꝓcomitātur. toti⁹ corpis infectio/dextre ptis calefactō/ſitis/oris amaritudo. doloz frōtis/ inmit⁹ auriū/vrina colorata: cui⁹ ſpuma eſt crocea vel viridis/vel nigra. oīa q̄ de corpe emittūtur: ꝓdicto coloze inficiunt. ex opilatōe ſuperioꝝ cauſata inmutat oīa inferioza. ita q̄ oīa inferioza ſūt valde tincta. econuerſo aūt eſt ſi ex inferiori ſunt oīa ſuperioza magis tincta z inferioza min⁹. Si aūt fuerit ex febze et ex vi nature poſt ſeptimū diē in aliq̄ die cretico cū diminutōne febris et alleuiatione patiētis z ſinthomatis remiſſione bonū prētēdit talis coloratō. et ſignat materiam febris tūc purgari. Si aūt fuerit vi ſinthomatis. ſicut ſolet accidere ante ſeptimū diē periculū prētēdit. Signat em̄ materiā petere ſuperioza vel propter ſui multitudinem: vel propter ſui fumoſitatem et acumen. ſicut expreſſe dicit galien⁹ ſuper amphoriſmis. Solet itaq; talis paſſio curari p̄ ſanguinis minutionē/ p̄ infrigidantiū et alterantium appoſitionē: maxime ſuper regionem epatis. quia ibi potiſſime inficitur ipſe ſanguis. ſicut in ſuo fonte. Dantur itaq; interius et in dieta et in medicina ea que reprimūt calorem/ mundificant ſanguinē/ et alterant ipſam malaz ſanguinis diſpoſitionē. et ſi fuerit ex opilatione: dantur ea que ſunt diuretice virtutis et apertiue: non tū nimis calide. vt patet in viatico conſtantini.

De emoꝛroidis.

Moꝛoide ſunt quinq; vene exiſtentes in ano ex quibus diuerſe paſſiones fiunt· ſcz inflatio/ retentio/fluxus·Quandoq; aũt ſupfluitates vi nature trãſmittũtur ad partes illas·et ruptis venis illis emittãtur· et coꝛpus a diuerſis egritudinibus liberat ſed ſi fuerit fluxus imoderatus· varias efficiunt paſſiones·Quãdo vero pꝛopter conſuetudinẽ retinẽtur· maxime egritudines conſequũtur·vt hydꝛopiſis/ptiſis mania/et malancolia/ꝛc·Inflantur autem hoc modo ſupfluitates ſpiſſe ꝛ feculente ad venarũ oꝛa deſcendentes ea inſpiſſant et ingroſſant vnde fit inflatio· Aliqñ oꝛificia venarũ ex intenſa ſiccitate coartant et inſpiſſantur· qñq; pꝛe nimio fluxu vrũt a cirurgicis et cicaturiſãtur·et tunc aut vix aut nunq; aperiũtur Aliqñ ex ſanguinis ſpiſſitudine venaꝛ capita opilant·Aliqñ ex nimio ſanguis acumine et liquiditate plus debito aperiuntur· Retentionẽ minuãt hec ſequũt grauedo capitis/palloꝛ facies/liuiditas ponderoſitas renũ et coꝛarũ/ diſpoſitio ad hydꝛopiſim et ad ptiſim ¶ Nimium fluxũ ſequit debilitas et extenuatio coꝛpis/mutatio coloꝛis/doloꝛ et toſtio infeꝛioꝛis partis coꝛpis·et ſi fuerit pꝛtmuus nimis imoderatus· peſſimas inde generat paſſiones·Si vero nimis fluunt oꝛificia venarũ reſtringant reſtrictiuis medicinis paulatim tamẽ ſi fuerit maxime morbus mueteratus· ne ſanguis ſubito repcuſſus ad aliqd membꝛ refundatur et peioꝛ morbus generet·vñ hypocras· Emoꝛroidas ſanãti antiqs ſi nõ vna relicta fuerit· piculum erit·ſi nõ nimis claudunt· apitiuis ꝛ rarefactiuis apiantur·

De doloꝛe renum·

Doloꝛ renũ a grecis nefreſis diꝛ·q doloꝛ affinitatẽ habet cũ coleꝛica paſſione·differũt tñ· qꝛ doloꝛ colericoꝛ mutabilis eſt ꝛ inſtabilis·qui die enim mutat de vno latere ad aliud latus·nefreticoꝛ doloꝛ ſtabilis eſt·Patiũtur aũt lumbi ſiue renes aliqñ ex tumoꝛe·aliqñ ex humoꝛ repletione· aliqñ ex ventoſitate·aliqñ ex lapide·oia iſta grauiſſimũ inferunt doloꝛẽ· maxie ſi fuerit caloꝛ in cã·cuius ſignũ eſt vꝛina intenſa doloꝛ acutus et pũgitiuus· Si vero frigiditas fuerit i cã· cruda erit vꝛina et lẽtus doloꝛ·lapis et arenule et alie ſuperfluitates diuerſe in renibus generant ſepe·et hoc pcipue ex potu aque limoſe et groſſa dieta·ex his enim fiunt opilatões in renibus vel veſica·et qñq; in eſſentiã lapidis vel harenulaꝛ p intenſi caloꝛis actionẽ tranſmutãtur·habẽtes lapides pcomitant multa incõmoda·ſcz difficultas vꝛinãdi/colerica/et hmõi· Opilatõe lapidũ opilantur vie vꝛinales aliqñ in parte·et fit ſtranguria qñ quis cũ difficultate ꝛ guttatim minguit·aliqñ ex toto et tũc oino denegat et diſſuria diꝛ·Ex humoꝛibus enim viſcoſis in renibus et in veſica coagulatis fit calculꝰ·ſunt enim pcipue fit in renibꝰ·pueris aũt i veſica·qꝛ veſice os ſtrictũ pꝛhibet naturã exire·vñ lapis generat vt dicit pſtan ¶ In pueris etiã eſt vꝛina magis groſſa ex viſcoſa dieta·res aũt viſcoſa magis ẽ habilis ad coagulatõꝛ et cõglutinatiõꝛ·et ideo ſepe in paruulis generat· ¶ Cognoſcit aũt qñ lapis eſt in renibꝰ vel materia lapidis p doꝛmitatõꝛ pedis ꝛ coxe dextre partis ſi in dextro rene ſit cã·ſiniſtre vero ſi i ſiniſtro·Si vero fuerit in veſica doloꝛ circa pectinẽ et periconeon ſentit ¶ Preterea arenule veniẽtes a renibꝰ ſunt rubee a veſica vo albe· Lapis aũt generatꝰ ab hũoꝛibus viſcoſis diſſoluit facilꝰ ꝛ educitur·ex arenulis vero difficilius ſoluit· et curat·In mulieribꝰ aũt rarius generat lapis qm i maſculis ꝓpter meatꝰ largiores et ꝓpter debilitate caloꝛis deſiccatis hũoꝛes et putrificati s/ꝛ ꝓpter purgationes frequẽtiores· multa enim ſupflua ab eis p menſtrua educũtur·Sic mfirmi ſunt purgandi·in cathdis ꝛ apitiuis ſepiꝰ balneandi·cibariis digeſtibilibus reficiendi·potib9 et medicinis diuꝛeticis apertiuis ꝛ mundificatiuis; refouendi· ꝛ aſſuefaciẽdi·et aliqñ arti cyꝛurgice dimittẽdi maxie pueri·ſecũdo adoleſcẽtes

In senectute vero frequens passio periculosa est· quia vitra quadragesimū annū hec passio non curatur·(vt dr in ampboris·) Quicūq; nefreticus iuxta quadragesimū annū non sanatur/accidit muoluntaria vrine emissio/que diānes vl dyabetica passio vocatur·et hoc acadit(frm constan·)propter defectum cōtentiue virtutis·multa em et fortis fit attractio humoris ad renes·et multa fit emissio supfluitatis ad vesicam/quā ferre non sustinēs a se reiicit p vrinā·Aliqn etiā accidit ex emollitione neruoz et relaxatione lacertorum in collo vesice·qnq; accidit ꝓpter grauitatem somni et multitudinē humoris· vt patet in pueris ignorātibus et lectulo vrinātibus·z in bibulis ebriosis·propter enz ꝓpria est sustinentibus hanc passionem q semper sitiunt et vix etiam aqua satiari possunt (vt dicit constan·) vñ sicut eā bibunt/sic eā statim mingūt· Aliqn fit ex humore subito meatus vrinales constringente/et contentā ibi humiditatem vi oppressioris educente· Istā turpem infirmitatē patientibus necessaria sunt repressiua caloris et stiptica confortatiua/caloris renū extinctiua/ et neruoz remollitoz ad statum debitum reuocatiua·hoc fit p potiones z electuaria p cathaplasmationes et vnguenta·cauere tamen debet prudēs medicus ne semper ponat in hoc casu nimis humida·qz plus remolliendo lederēt·nec etiam nimis sicca/quia calorem acuerēt·sed modo ista modo illa vt ex frigidis patiens humectetur et infrigidetur·ex siccis vero coartetur humiditas et membrū patiens confortetur·Sup omnia dieta sit tēperata/qz calida nimis nocent renib9 et lūbis·nimis etiā frigida digestiuā vtutē retardant in suba et concauitate epatis Et consilium est dare talibus temperata et composita·quia talis solet esse materia atq; causa·Derma dicitur pellicula ventris scilz sipbat crepatura· sipbat em quedam pellicula est que membroz nutritiuoz a generatiuis est diuisiua·sicut dyafragma dr pellicula q̄ inter spiritualia membra et nutribilia est interposita· Quādo igitur contingat sipbat vel p discontinuationē vel p distorsionē rumpi/vel etiā p calorem dissoluentem vel humiditatem relaxantem remolliri etiā contingit intestina inferius labi/et in osseum testiculoz scz folliculum nō sine dolore recolligi atq; diffundi· Fit autem isti9 pellis diuisio vel relaxatio aliquādo a causa extrinseca scz a nimia corporis exercitatōe·vt in lucta et palestra Aliqn ex percussione vel ex casu et hmōi· Aliquādo ex nimia membroz superoz distensione et conatu·sicut ex nimio cantu/clamore/et hmōi·Aliquādo ex causa intrinseca·sicut ex nimia caloris intensione/et humorum calidorum acumine ipsam pelliculam diuidente et incidēte· qnq; ex nimia humiditate neruos et lacertos relaxante·Quocūq; autem modo accidat/in principio facilius curari pōt/ et precipue i iuuene· Si vero magna fuerit et inueterata et cum ruptura/nerui vix vel nunquā consolidātur et difficile curatur·vt dicit constan· Solet autē curari berma p dietam et medicinā· et aliquādo p incisionē et cyrurgiam· Talibus igitur dicunt auctores valere stiptica et consolidatiua et in cibo et in medicina·sicut electuaria intus sumpta z etiam fomentationes·et balnea exteri9 adhibita pariter et vnguenta· Super omia dicitur valere tenuitas diete et cōtinentia maxime a coitu et etiam omni motu Super omnia etiam a ventosis et infrictiuis talibus est cauendum· quia(vt dicit cōmentator)ventositas maxime nocet hernosis·

De arthetica·

ARthetica est dolor et passio cuz inflatione et dolore·que cuz sit in articulis manuū cyrogra dicitur· in articulis vero pedum podagra iuscia que dr sciatica· Habet autem fieri ex sanguine colerico et būore flegmatico·frequētius vero fit ex causa reumatica·sanguis cognoscitur esse in causa ex rubore loci et calore ex eminentia venarum partis patientis et totius corpis ex dieta calida precedēte et būida·ex etate

et regione ſimili: ex eo q̄ maxime mouet ſm vere. Colericus humor cognoſcat eſſe in cauſa ex dolore vehemētiſſimo et nervorum tenſione et ariditate ac caloꝛe et partis inflatione: ex coloꝛe rubeo cū croceo intermixto et maxime mouet i eſtate et magis ex dieta calida et ſicca: et in regione conſimili. Sepe etiā emittūtur multe colerice ſuperfluitates p vomituꝫ z ſeceſſum. calida obſunt/ frigida proſunt fleuma etiā cognoſcitur eſſe i cauſa: ex fleumatica habitudine/regiōe/etate cōſimili/ex inflatione loci/ ex dolore vehementi/ruboꝛe modico vel nullo. De reumatica cauſa cognoſcit ex grauedine capitis et humoꝛum motu. ritillatio z fluxus per nucham et ſpatulam ſentitur. Peſſima eſt hec infirmitas. quia articulos et neruos digitoꝝ/manuū/et pedum contrahit ſubſtantialem humoꝛē in manibus detrahit et p̄iumit. et aridas eas faciēs clauſas reddit. impotētes ad operandum eas efficere conſueuit. nodoſis gibboſitatibus digitoꝝ iuncturas deformes facit. Hec infirmitas cito curetur. quia ſi fuerit mueterata vix curatur maxime quādo in duram cōuertitur duriciem et nodoſam. materia itaq; peccans/ debet primo curari p̄grua medicina. ſubtrahi debet ſanguis et minui ſi ſanguis eſt in cauſa. caloꝛ etiam debet repercuti frigidis. Quādoq; eſt in cauſa humoꝛ frigidus: tunc debet fomētari calidis z emplaſtris/vnguentis. a cibis groſſis abſtinendū eſt: et precipue ab inflatiuis. nā ventoſitas ſepe aggrauat morbū iſtum.

De gutta ſciatica.

Gvtta ſciatica dꝛ doloꝛ qui naſcitur ex humoꝛibus deſcendentibus in neruū groſſuꝫ qui eſt inter lacertos groſſos coxe ſiue hanche. vt dicit conſtan. Sepe aūt fit ex viſcoſis humoꝛibus in cōcauitate hanche ſe coadunātibus. quādoq; ex humoꝛibus ſanguinis cū colera rubea intermixtis. et hec omia ſepius cauſa ſunt doloris: qui doloꝛ deſcendit in crura et vſq; ad calcaneū z etiam vſq; ad paruū digitum pedis. cuius ratio eſt vt dicit cōmen. quia haſta p medium coxe et tibie dirigitur ꝫmis ad cauillam pedis exteriorem. et iſta eſt cauſa quare i paſſionibus ſciatice doloꝛ extenditur vſq; ad illum digitū. Inde eſt q̄ illi qui habēt calculum in renibus ſentiunt eodem loco pedum formicationē z dormitationē ꝓpter nerui opilationem. vnde non p̄nt ſpūs debito modo curzere ad illum locum. Doloꝛ aūt q̄nq; eſt in vna parte q̄nq; i vtraq; ſed peioꝛ eſt in ſiniſtra q̄ q̄n eſt in dextra. cuius ratō eſt q̄ in dextra parte maioꝛ eſt caloꝛ q̄ materiā ibi collectā facilius digerit z diſſoluit q̄ in ſiniſtra vbi eſt minoꝛ caloꝛ z materia magis eſt cōpoſita. In hac paſſione minoꝛ eſt doloꝛ/pulſatio/pūctura/ et ardoꝛ: maxime in iuuenibus calide cōplexionis: maxime q̄n caloꝛ eſt in cauſa et valet i illo caſu minutio ſanguinis in ſophena vena ſcz q̄ eſt ſub cauilla. patiens itaq; eſt purgandus et ſanādus. ſic in arthetica. Cauere aūt debet omnis ſciaticus ſicut et arthreticus a minia pleni tudine cibi et potus et precipue a coitu. q̄ maxime acuit reuma et impedit digeſtionē ꝓpter ſpūum et puri ſanguinis deperditionē (vt dicit conſtā.) Purgetur itaq; primo corpus interius: et tunc local̄ia ponātur exteri9. aliter enim parū proꝺeſt medicina exteri9: niſi materia que morbi eſt cauſa prius intrinſecus minuatur. vt dicit pſtan. (diaſ.) multū ꝓdeſt ſciaticis ſi fomētatus fuerit locus doloris cū calido fimo bouis. potenter enim deſiccat: maxime ſi cum galbano et thure et aceto fuerit reſolutus.

De podagra.

Podagra (ſm conſtan.) eſt doloꝛ pedū et maxie calcanei atq; plāte cū diſtenſione nerui et pulſatione. Naſcitur enim ex malis humoꝛibus ad calcaneū deſcendētibus. qui ſi fuerit frigidi et groſſi minia fit extēſio atq; tumoꝛ. ſed non multū pungitiu9 caloꝛ. nec pōt tamen magnus fieri tumoꝛ: qz pedes ſpoliati ſunt et denudati a carne. et ideo nō p̄nt multū tumeſcere. tumoꝛ enim naſcitur in carnoſis mēbris. Hec paſſio naſcit in ſuaue vitaz ducētibus z quietā

qui parū se exercitant: qui a superfluis humoribus corpa nō emundāt: maxime cū multum comedāt atq; bibant. Ex talibus aūt generātur superflui humores qui reumatisant ad pedes: et maxime quādo sunt debiles: superfluā materiā expellere nō valētes. et maxime hoc accidit ex nimio coitu. totam em̄ concathenationē corpis coitus ipse mouet (vt dicit ipse constan.) et calefacit. et ideo mouet humores et laxat neruos et rumpit vnde accidit q; eunuchi nō podagrisant: q; non coeunt. Similiter nec pueri/nec mulieres nisi raro. et hoc quia mēstruis expurgātur. (vnde hypo.) mulieres nō podagrisant nisi forte defecerit mēstrua.

Hec infirmitas aduenies iuuenibus in vere: in .xl. diebus curatur. sed si in autūno aduenerit et durauerit vsq; ad hiemē: difficile erit eam curare. vt dr in apho. cuius rōnem reddit cōmen. in iudicium astrologie sic. Prima inquit etas lune calida est et humida. secūda est calida et sicca. tertia frigida et sicca. q̄rta frigida et humida. In prima itaq; etate p caliditatem dissoluitur materia z per humiditatē diffunditur. in secunda etate et tertia cōseruatur ipsa materia. In prima aūt etate lunatōnis sequentis pfecte digeritur. vnde in secunda etate lunationis calide et sicce ex toto materia consumitur. et infra sex septimanas que sunt .xl. dies plene fit curatio maxie in estate. In autumno em̄ et in hieme materia minis est cōpacta et mobediens digestioni. Materia igit huius passionis primo purgetur: deinde frigidis exteri⁹ in principio repercutiatur. Non enim sūt calida et dissolutiua ponenda in principio cū sit causa reumatica. et si materia sit frigida ne reuma plus irritet. et ideo vtendū est in principio repercussiuis: q; fortioribus in causa calida et remissioribus in frigida: ne forte materia moueat. deinde apponētur subfumigationes/ fomenta/ et vnctiōes calide/ vel frigide p; vt materia tūc requirit. leui dieta z temperata patiens vtat. a coitu semp caueatur. leue et mediocre exercitiū mitigat.

De apostemate.

Apostema est supfluorū humorū in membro aliquo collectō: putrefactionē faciens et tumorem vt dicit constā. Contingit aūt membrum apostemari aliqñ ex causa exteriori. (vt dicit constā.) sicut ex pcussione/ vulnere casu/ fractura/ z cōcussione. ab omnibus em̄ talibus mouētur humores et ad locum sepe confluūt patientes: qui mutuo se cōculcantes calefiunt et putrescunt. Aliquando aūt a causa interiori/ scz ex abundantia humorū corruptorū qui sepe confluunt ad locum aliquē et concurrūt et hoc dupliciter fit. q; aliqñ ex adunatione materie in pprio membro. aliqñ ex fluxu materie de vno membro ad aliud et talis confluxus plures sūt cause. sicut dicit constā. Prima est fortitudo mēbri expellentis. q; quedā membra principalia et nobilia exonerant se a supfluis. sicut cerebrū ab humore flegmatico se exonerat atq; fumo. Secunda cā est debilitas membri recipientis. membra em̄ debilia recipiunt supfluitates a superioribus fortioribus descendētes. sicut cutis caro ꝛc̄. Tertia causa est multitudo humorū. qui cū sint superflui: in maioribus venis rēfundūtur ad minores membrorū consimiliū essentiā subintrātes. et qđ superfluit ad nutrimentū fluit ad mēbrum. et clauditur principalis via z facit apostema. Quarta est largitas meatuū p quos facile fluunt humores de mēbro ad membrū. Quinta causa est liquiditas humorū et subtilitas: qui de facili motu facilius diffundūtur: et diffusi in aliquo membro recolligūtur. et ibi artitudine membri coartati conculcātur. et ad putredinē disponūtur. Sexta causa est suppositio membrorū. q; naturaliter inferiora membra recipiunt superfluitates superiorum membrorū: sicut membra capitis deponūt suas superfluitates q̄n doq; ad lacertos et venas gutturis z fit squinantia. qñq; ad membra pectoris z fit paralisis et pleuresis. et sic de aliis. Fit autem apostema hoc modo. duo humores quātitatiue peccātes: et a calore

consumi vel a virtute expelli non valen
tes recepti in concauitatibus membroꝝ
ebulliunt ꝛ putrefiunt·et sic pasta in fur
no posita/ab igne desiccatur/ in superfi=
cie crustulam quandam recipit sub qua
manet/ita humor collectus per calorem
ebullitionis quandā crustulam facꝫ· sub
qua latet humor putridus atq; tumet·et
talis tumor dr apostema· et aliquando
fit de ventositate·et dicit bubo·aliqndo
ex humore simplici/sicut ex sanguine fit
flegmon·cuius signa sunt ruborex colo
re sanguinis diutius ꝓpter multitudinē
materie et calorem aquositra consumē=
tem·pulsus/id est saltus ꝓpter ventosi=
tatem siue fumositatem impellentē· do
dolor propter extensionē·calor ꝓpter ca=
lidaꝫ naturā·tumor ꝓpter materie mul=
titudinem·Fit etiā sic apostema ex sim
plici colera rubea·et dr herisipila/id est
facer ignis p antifrasim·Fit et aliud ex
colera pura·et corrodit membrū cui insi
det·et dr a medicis herpes effromenius
quasi seipsum corrodens ¶Fit consimili
modo apostema d fleumate·et dr zimia
siue palus· qr sicut in palude est multū
superfluitatis et limositatis/ ita in hoc
apostemate·cui si impresseris digitum/
cedit impressioni· qr fluxibilitas digito
impressionis cedit/ et in medio foramen
apparet qsi signū foramis/ sed postea
remoto digito dum materia redit ad me
dium totum illud iterū adimplet ¶Isti
us apostematis sunt signa albedo·quia
materia est alba·mollicies/ qr materia
liquida·et dolor lentus·qr materia frigi
ditate sua minuit sensibilitatē·Contra=
ria sunt signa in apostemate de colera ru
bea·qr calor est mult9 cū materia sit val
de calida·rubea cū citrinitate· qr colera
nō est rubea/sed crocea·magnitudo ad=
est doloris et pūdure·qr materia est acu
ta·Ex melancolia fit et apostema· et si
materia tota fuerit extra/ fit scirosis·si
partim intra/ partiz extra fit apostema
qd dicit cancer· ad similitudinē cancri·
Sicut enim in cācro dorsum eminet et bra
chia sunt extensa lateribꝰ/ita in hoc apo
stemate quidā tumor vice dorsi·ramu=

sculi vero humoꝝ sunt hincinde expāsi
vice brachioꝝ·paulatim etiā serpit cor=
rodendo carnē et neruos insensibiliter
ad modū cancri· vnde signa illius sunt
ingens duricia·qr cum materia sit terre
stris et melancolica/multum est compa
cta· color est liuidus/ quia materia non
est ex toto nigra·dolor est paucꝰ aut nul
lus/ ꝓpter eius insensibilitatē·quia ma=
teria duas habet mortificatiuas qualita
tes scz frigiditatem ꝛ siccitatē· corrodit
aūt semper carnē suam ꝛ corrumpit vsqz
ad radices neruoꝝ et etiā infigit ipsa os=
sa que attingit·ꝛ ideo morbus iste pesti
fer est et durissimus ad curandū ¶Inter
ista aūt corrosiua apostemata talis est
ordo·qr nolimetangere cancrosū est apo
stema in facie et corrodit paulatim/ sed
minus alijs·Cancer vero magis·adhuc
magis lupus· maxime vero herisipila·
fistula vero non corrodit/sed putrefacit
interius/carnē scz et neruos cōtrahit ad
saniem·et qñqz corrūpendo neruos dis=
soluit ossa·Accidit aūt frequēter ex vul=
nere male custodito qñ suppositū os sa=
nie inficitur vnde nutrimentū aduenies
in saniem cōmutatur·sicqz rumpit̄ super
ficies et fluit· Aliquādo aūt consolidat
aliqñ iterū rumpitur· et si fuerit multū
inueterata/vix curatur·In circuitu aūt
vulneris sepius multa orificia inueniū=
tur et oriūtur·habet enim fistula interius
vulnus profundum/ in supficie vero an
gustum atq; artū· cancer vero econuerso
exterius vero multū patet/interius an=
gustatur·et ideo difficilius est ad curan
dum·Aliquādo nascitur fistula ex reu=
mate siuevulnere p̄cedente·aliquādo ex
apostemate male curato/ et maxime qñ
minus humectatur·et fiunt diuersa fora
mina aquā diuersi coloris emittentia mō
albā mō citrinā·et si foramina in vno loco
claudūtur/ in alio nascūtur·Sunt ꝛ alia
apostemata q̄ ex opposita materia gene
rant̄·vt patet in antrace quā cōstan·vo=
cat carbunculū·qr vrit vt carbo·Fit aūt
de materia valde furiosa et venenosa et
de materia cōposita·qd ptz p lineas di=
uersorum colorū· habet enim virgulatā

formā· z sunt ibi quedā rubee linee sanguinee· quedā crocee colerice· et quedā subalbide et flegmatice· q̄dā liuide melācolice q̄dā flaue a salso fleumate· et sic ō alijs hūoribus ⁊naturalibus· Signa aūt antracis est dolor ⁊tolerabilis/ardura et punctio ⁊pfundo· ⁊ capite apostematis pustula quedam oritur siue vesica pretendens colorem attestantem humori dom māu· In collatōne aūt ꝯgulata forma diuersoꝝ colorum lineis distincta videtur et quasi trabi ad fundū cum quodā filo adherente superficiei vesice ⁊ medio· Ad curationē itaq; apostematū solent apponi ī p̄ncipio repercussiua/ nisi materia fuerit furiosa z venēosa· vt ī herisipila et antrace· nā ⁊ talibus nō sūt apponenda repercussiua/ sed potius mitigatiua/ ne materia venenosa repcutiat ad ⁊teriora membra et maius ⁊ferat nocumentū· deinde quando apostēa est ⁊ statu/ solent appoī solutiua/ remollitiua/ et maturatiua· aperto vero apostemate siue rupto et educta sanie ⁊sistendum est mūdificatiuis/ tandē consolidatiuis/ et bone carnis regeneratiuis· ¶ Ad alia aūt apostemata quoꝝ ⁊thonica sunt peiora/ ad fortiora medicamīa p̄cedendum est· sicut cōtra cancrū/ et fistulam/ et hmōi· Ibi em ⁊m materiā peccantem patiens p̄imo ⁊teriꝰ est purgandus· deinde localibus remedijs ⁊sistendū est· Contra cancrū vero vatiuis et carnis mortue corrosiuis/ est vtendum Cōtra fistulam desiccatiuis et consumptiuis ac sanies mūdificatiuis· que si nō p̄sunt/ cyrurgie cōmittantur· Tutiꝰ em est vt aliqua particula corporis iam corrupta vratur/ vel p̄cidat q̄ reliq̄ pars ⁊posterum corrūpatur· Contra apostemata vero venenosa sicut cōtra antracē cito et caute est remedium apponendum q̄ cito ⁊terficiunt/ nisi sollertius succurratur· Consilium igitur est vt ⁊ p̄ncipio si aliud nō impediat/ fiat flebotomia ⁊ eadē parte proximioꝝ fronte loco collectionis· mīnuere em ⁊ parte opposita ⁊ tali casu non est tutū/ ne materia trahatur ad corpus vel ad membrū nobile cum sit venenosa· tunc necesse est vt tyriaca cū vino calido p̄ os offerat/ et super locum doloris liniatur· qō si ꝑbata fuerit tyriaca/ et verū fuerit antrax/ materiam exsiccabit et venenū extrabet· et ita desiccabit q̄ poteris eam puluerisare ad modum cineris/ et tunc recens est apponenda sepius donec rumpat apostema· quo rupto/ nō est timendū piculum Idem facit vitellum ouī cum sale pistatum et frequenter apostemati appositū· dolorem enim mitigat/ et apostema rūpit· vt dicit cōmentator·

¶ De vlceribus·

Vlcera dicūtur quedā vesicule q̄ ex ⁊tercutaneo humore sep⁹ ⁊ corpe vndiq; oriunt· et vocātur a constan· ⁊ fine viati· vlcera/ eo q̄ ⁊ superficie cutis acumine hūoris faciunt solutionē ⁊tinuitatis/ quorum materia est subtilis humiditas sanguinis vel colere ab ⁊terioribus ad exteriora vi nature vel ⁊thonicis vsq; ad exteriorem corporis superficiem demandata/ talia vlcera cutē defedant/ pruritū/ et titillationez ⁊ carne generant· cutē a carne eleuant et aliqñ si cont⁊nua sunt/ lepre piculuz p̄comitant· qui ab eis liber esse desiderat/ ⁊terius purgari a superfluis/ calidis et ⁊fectiuis humoribus nō omittat· Deinde balneis siccis et mediocriter ꝓsumptiuis ⁊m qualitatē z quantitatē humoris carnē et cutem vlcerātis se exponat· crapula et dieta nimis lata se cōtineat labori et exercitio se non subtrahat·

¶ De pustulis·

Pvstule siue pabule dicūtur que dā apostematice colectiones superfluitates ī exteriori corpis superficie mīnutatim et particulariter generate natura sibi superflua et nociua ad exteriora corpis expellente· q̄ sepe a superfluitate passibil corpis et nutrimenti pullulant· et ideo merito sapiētes pustulas siue pabulas eas vocant· vt dicit remi·) et ideo dicunt pustule/ q̄ sunt quedā parue vesice vel vesicule putredinis virulente et ventis ⁊trinsecus contentiue· vt dicit Jsi· et etiā constan-

uicem separari. ¶Item dicit ibidem aristoteles q; ficus siluestres cōferunt ficubus ortensibus· quando ex oppositō cum plantantur· quia siluestres sunt calidiores ⁊ siccziores ·⁊ ideo excitant calorē ortensium ⁊ cōfortant· Item humor ficus siluestris resolut⁹ ⁊ delat⁹ ⁊ pect⁹ ad radicem ficus ortensis ipm nutrit ⁊ confortat· Similiter dicit ibi aristote· q; balaustia ē flos malagranati· sed hic pomtur p arbore scilicet malagranata· oliuis cōferunt· si cum eis plantētur· eo q; balaustie habundant in calore cōueniente nature oliuarum· ¶Hec de proprietatib⁹ arborum ⁊ plantarum cōtraximus de verbis aristo· li· i· vegetabilium· ⁊ glo· albuma· qui transtulit ⁊ exposuit eundez· In libro autem animaliū· xviij· dicit aristo· omnes arbores que fructificant omni anno fiūt segnes· arbores inquit que minimum faciunt fructum cito desiccantur· cū do cibus transit in semē id est humor nutritus qui deberet nutrire· transit in materiam seminalem· Alias proprietates nobiles ⁊ insignes tam arborum ⁊ herbarum q; plantarum possumus elicere ex verbis aristo· ⁊ albuma· in li· ij· vegetabilium· vbi dicitur· ¶Plāta habet plures vires· Nam a terra habet firionem ab aqua coadunationē· ab igne vero habet cōsolidationem ⁊ partium terminationem· ex aere ⁊ igne habet raritatem ⁊ dilationem ac extensionem· fructuum cōpletionem ac maturationem· sine enim calore ⁊ humido aquosum non terminatur ⁊ finitur· vt patet ibi in exemplo aristote· non latum/ non coagulatuz/ nec terminatuz in esse latericeo sine igne partes aqueas cōsumente· ⁊ terreas pariter cōmergēte· Et ex aere ⁊ aqua pariter ⁊ ex igne habet arbor raritatem ⁊ porositatē ex aqua habet augmentandi possibilitatem· quia quod omnino solidū est· augeri non potest· vt ibidem dicit aristoteles· ⁊ ideo lignum maximum ⁊ ponderosum non habz mergi in aqua· vbi modica pticula auri submergit aut lapilli· et hoc accidit quando lignum est porosū et ideo per aeris subintrationem intra poros ⁊ aque superficiem habet ferri· ligna vero que sūt vltime soliditatis ⁊ cōpactionis sicut hebenus ⁊ cōsimilia· in aqua subito petunt fundum (vt dicit aristote· ibidem ⁊ octauo metheoro·) vbi dicitur q; ex hebeno nigro expirau t aer· et ideo submergitur· porosa autem vnctuosa supernatant· quia multuz habent aeritatis materiam cōtra aque superficiez eleuantis· vt patet in foliis ⁊ pilis ⁊ omnibus vnctuosis· Nam vt dicit aristo· pruū est aque substantiaz aeream subtilare· ⁊ compacta deprimere· ⁊ ideo rara et porosa aeris susceptibilia supnatant· compacta vero ⁊ compressa inferiora petunt ⁊ ad infima se profundunt· Item vapores terrestres ⁊ aquei per calorem coagulati sunt materia herbarum ⁊ plantarum· qui commixti per calidum igneū et per virtutem stellarum recipiunt formas completiuas herbarum ⁊ plantarum· ⁊ hoc quo ad semē ⁊ quo ad fructū· calor itaq; inclusus in coagulato humore fit ad plāte nutrimentuz qz attrahit aquam dulcem cui etiaz cooperatur extrinsecus calor solis· actio autem caloris exterioris cum propria caliditate naturali digerit naturalem humorem in eodem loco ⁊ conuertit in substantiam plāte· vñ secundum aristoti· terra montuosa quia est dulcis dulcem scilicet continens humorem· ideo in illa citius nascuntur plante et maturantur fructus· Nam montes attrahunt humorem dulcem ⁊ subtilem· q; bus cooperatur claritas aeris tam in attrahendo· q; in digerendo· ⁊ fit cito conuersio illius humoris in substantiaz plāte (vt dicit aristote·) ¶Item dicitur ibiq; quando frigus scilicet aer frigidus fugat calorem ad interius terre· ⁊ aggreganter partes eius cum aqueo humido et per calorem depressum a comprimente frigido ad interiora· decoquitur vapor sic coagulatus ⁊ in substantiam plante conuertitur· ⁊ fieri dicitur locus per intentionē caloris· ⁊ sic egredit ex eo plāta

Item quandoq; aer mixtus cum terra ⁊ cum aqua ī fundo aque coagulatur et per actionem caloris termīatis et digerentis illud mixtum confusum ⁊ generat planta·vt patet ī nempbar et ī aliis herbis mmutis ⁊ que solent crescere ī aquis et quarum folia tegunt aquam·et he nascuntur sursum non expanse ⁊ tum propter subtilitatem aeris et aque dulcis sursum eleuantis ⁊ tum propter soliditatem terre radices īferius sustentantis a qua planta recipit rigorem radicis et stipitis et sustentationem ī sua erectione· ¶ Item aristotiles ibi et ī locis essentialiter frigidis ⁊ accidentaliter calidis vt ī quib⁹ aqua calida fluit multotiens nascitur planta·quia calor aque cōtrahit frigidum humorem ad superficiem terre ⁊ locum mixtionis·vnde ex aere ⁊ vapore terreo cum humore aque ī bibito per calorez aque ⁊ stellaz ī plāte substantiam coagulantur· sed hoc nō fit nisi per multum tempus (vt d·aristotiles) propter calorem accidentalem nō cōuenientem generationi talis plante· Item ibidem dicit aristotiles·q; plante comestibiles melius crescunt ī locis leuibus ⁊ altis ⁊ calidis ⁊ q; ī his contrariis·quia ī locis planis ⁊ equalibus habundat humiditas ⁊ maxime quando dulcedo adest ⁊ aeris temperies·Similiter ī locis bene altis ⁊ quia ibi est puritas aeris ⁊ habundātia humoris dulcis·⁊ hoc propter spongiositatem ⁊ vaporem dulcem attrahentem·⁊ ideo ī mōtibus frequenter melior est fertilitas et meliores crescunt fructus·ī valle enim difficile mouetur aer·vnde ex cōculcatione ibi cito putrescit aer ⁊ vapor grossus vnō sequitur prava digestio ⁊ hinc est q; ibi inuenitur humor salsus (vt d·albu) aqua enim salsa grauior est q; dulcis·vt patet ī exemplo aristo· ibidem vt dicit ouum positum ī aqua dulci ⁊ statim petit fundum ⁊ ī salsa vero natabit· terre ⁊ streitate enim sua ⁊ grossitie ⁊ poterit pōdus oui sustinere·⁊ ideo aqua dulcis facilius attrahitur ad loca alta q; salsa sa licet propter suam depurationem/subtilitatem/⁊ leuitatem·Item aristoti·lutum ignitum id est firmum ⁊ tenax cito producit plantam vnctuosaz propter facilem transmutationem talis luti ī vnctuositatem·vt dicit ibi albu· Et ad hoc vt durabilis sit planta ⁊ oportet vt habeat bene digestum humorem ⁊ vnctuosum vnō ille plante que habent humorem ī digestum superueniente frigiditate cito arescunt·vnō ⁊ caulis vltra triennīū non durat·tamen si ei īseratur ex natura plante īsite ī stipite fiet decoctio et conuertitur ī naturam īsite ⁊ durabit diu·Item vt dicit aristo·planta crescit quandoq; ex lapide solido ⁊ duro·nā aer mclusus ī lapide nititur ascendere sed cum non inueniat exitum liberum p̄pter lapidis soliditatez iflectitur ⁊ mouetur ad lapidis ptes ⁊ ex sua agitatione calefit ⁊ calefactus autez aer attrahit sursum humorem residuum ⁊ qui est ī lapide·⁊ erit vapor cum humore illo cū parua resolutione partium lapidum ex illo vapore ⁊ humore ō lapide educto·quandoq; planta generatur adiutorio caloris solaris ⁊ aerem prius calefactum vigorantis ac digerentis humorem a lapide iam attractum ⁊ ī substantiam plante transmutantis·sed non diu durat planta talis nisi terra circumstante ⁊ dulci aqua irrigante ⁊ temperato aere foueat· et hoc propter humoris paucitatez· Item arī· plāta si fuerit p̄pe solem id est versus orientem citius nascetur·⁊ hoc propter caloris sufficientiam·tardius vero si fuerit ad occidentē·propter caloris elōgationem·Item ibidem d·albu·ex temperie seruatur cuiuslibet plante nutrimentum·Si enī nimia fuerit humiditas opilantur vie ⁊ pori per quos deberet nutrimentuz ascendere ad arboris extēsionē· eodem modo si nimia fuerit siccitas ⁊ cōstringuntur pori ⁊ sic planta non nutritur·Item aristotiles· quelibz planta īdiget q̄tuor·s·semīe terminato ⁊ ī sua specie perfecto ⁊ maturo ⁊ ⁊ etiam a putrefactione conseruato·⁊ cōuenienti loco id

est tercio generationi plāte cōgruo et aque moderata humore scilicet tempera to ⁊ aere cōsimile scilicet mediocriter tē perato (quia vt dicit albuma) si aer fue rit nimis calid⁹ / calor naturalis euapo rabit apertis poris si nimis frigidus suf focabit plantam. prima duo sunt necessa ria ad plante generationem secūda duo necessaria ad eius nutrimentum ⁊ cōser uationem. Item species ⁊ plante inhabi les que crescunt in montibus ad vescen dum sunt minus delectabiles / ⁊ ad dige rendum fructus habent duriores. ⁊ hoc propter vehementem coagulatōnem per calorem agentem in humiditatez. ⁊ ideo tales fructus non multum sunt nutribi les. vt dicit aristoti. quia vt dicit Albu quāto planta est magis medicinalis / tā to minus nutrit. Item loca a sole remo ta non erunt plantarum multarum / sic nec animal fecunditatis multe est in ta libus locis (vt d. aristoti.) cuius ratio ē. vt dicit albuma. quia illi qui sunt dire cte sub septentrione / habent diez cōtinue per dimidium annum. per reliquuz aūt noctem. ibi ergo raro crescit planta vel animal. in estate non potest propter con tinuationem caliditatis. in hyeme vero nō potest / propter continuationem frigo ris ⁊ ideo vt dicit aristoti. planta ibi ge nerata non habet vires foliorum nec fru ctuum propter defectum caloris agentis in vno tempore anni ⁊ ꝓpter superfluita tem in alio. Item arbor multarum spi rum multum habet de humore vnctuo so / ⁊ cum se mouerit ille vapor vnctuos⁹ per calorem proprium / cooperante calore stellaruz digerit / ⁊ cōuertitur in substan tiam plāte que ei inseritur. vnde illam digestionē operatur calor vitalis implē do cum calore extrinseco competente / et crescit planta insita gracilis ⁊ extēsa sur sum. vnde propter hoc est plante multum spinose / vt in ea fiat insertio alterius spe cies. ⁊ hoc d. albuma. quia habet multū humorem attractum ab exterior calore munctuosum ⁊ ita cōglutinationem ex pulsibilem a calore interiori in pluribus locis / ita ꝙ pars ei⁹ superior cum expel litur / ē subtilior ⁊ penetrabilior per quaz potest aperire multos pozos plante ⁊ ip sos ingredi ⁊ ipsam incorporare ⁊ cōso lidare plante inferiori. Item planta q̄ inseritur plantam siue truncum cui inse ritur transmutat in suam speciem / ⁊ nō econuerso / cuius ratio est (vt almiredus dicit) quia iferior plāta mouet superiorē per humorem ⁊ calorem quem ei trans mittit. sed superior humorem attractum vlterius digerit ⁊ decoquit ⁊ in naturaz suaz conuertit / ⁊ postea virtutem suam i inferiorem transmittit ⁊ alterat illaz cui inserta fuerit ⁊ cōuertit eam in suaz na turam ⁊ speciem. Itē quinq̄ species sūt generationis plante (vt dicit aristo.) scu licz ex semie ex putredine / ex humore a que / ex plantatione / ⁊ ex vnius in aliam insertione. Item sunt arbores ⁊ plante que producunt fructum ante folia (vt d. aristoti.) sicut ille que habent multum humorem vnctuosum materialez ad fru ctum / quē vt digesserit calor naturalis si mul cuz calore solari cito maturabit fru ctum. ⁊ ille humor vnctuosus habundās prohibet humorem munctuosum scilicet aquosum materialem ad folia ne ascen dat aut in folia prorumpat ante fructuz in tali planta. Item quedaz citius pdu cunt folia q̄ fructum / ⁊ hoc propter defe ctum ⁊ paucitatem humoris vnctuosi et habundantiam humoris aquei materi alis ad folia / quez calor solaris citius at trahit ad locum productionis foliorū q̄ vnctuosum humorem ad productionem fructuum. ⁊ ideo tardatur maturatō hu moris vnctuosi materialis ad fructuz et fit processio foliorum. Item quedam si mul producunt folia cum fructu / vt sunt ille que habent predictos humores mul tos ⁊ proportionales ⁊ calorem interio rem ex exteriori calore solis i aere equa liter operantem in vtroq̄ / ⁊ vtrumq̄ sci licet aquosum in folia / ⁊ vnctuosum in fructus equaliter expellentem. Item aristotiles dicit. Antiqui asserebant fru ctus ⁊ folia esse idez ⁊ folia non esse nisi

ꝓpter fructum nec differre ab muicez materia: niſi ſecundum maiorem vel minorem digeſtionez aquoſi z crudi humoris humor em aquoſus z ſubtilis cito attrahitur a caloꝛe ſolis z cedit in folia: q̄ vero magis eſt vnctuoſus z digeſtus cedit in materiam ipſius fructus. ¶ Item dicit ariſto: alique arboꝛes ſunt ſpinoſe: b non eſt de intenſione nature plante ſubſtantiam generantis: ſed accidit ex raritate arboꝛis ſiue plante per quam attrahitur humoꝛ frigidus paruꝰ coctus z exiens per illam arboꝛis raritatem a caloꝛe ſolis in ſpinam coagulatur: z fit i foꝛma piramidalis incipiens iuxta ſtipitē a groſſo z lato z i parte anteriori terminatur in acuto. Nam humoꝛ ſubtilis q̄ ad ſpinam eſt cauſa materialis elongat paulatim a planta z in longum z acutū ſe diffundit: eodez modo faciunt omnes arboꝛes quarū partes piramidalis ſunt figure. Item arboꝛes generaliter exteri⁹ ſunt virides: z interius albe: pars enim interioꝛ habet materiam appropinquātem ad albedinem: z pars exterioꝛ ad viroꝛem. nam materia que attrahitur ab interiori expellitur z ad exterioꝛa: i coꝛtice aliquantulum digeritur: z in virozez tranſmutatur. quia viroꝛ medius eſt coloꝛ inter rubozem. qui prouenit ex perfecti caloris actione: z inter albedinem q̄ prouenit ex imperfecta. ¶ Item ariſto: arboꝛes variantur in figura. nam quedam ſurſum: quedam deoꝛſum: quedam inter hec tenent medium. Ille enim i q̄rum medulla viget humoꝛ ſubtilis: quē mouet z attrahit caloꝛ ad ſuperioꝛa piramidantur id eſt in foꝛmam piramidalez et moduꝰ flamme que aſcendit in pmū virtute ignea eleuātur. Ille vero in quatum medulla viget humoꝛ groſſus z aq̄ſus inferius deprimuntur z angustant. vnde z ille partes ſua grauitate inferius mouentur z in groſſum in parte infima coartantur. In quibus vero erit humoꝛ medius inter groſſum z ſubtile z temperata pars aſcendit ſurſum: z erit cauſa eleuationis. z pars deoꝛſuz: que erit cauſa ingroſſationis. vnde ſecundum maiorem vel minorē digeſtionem illius humoris in radice vel medulla: ſolet magna apparere arboꝛ in figura. Nam neceſſaria eſt prima digeſtio in radice ad eius incrementum. Secunda vero neceſſaria eſt in medulla ꝓpter completionē/ maturationem/dilatationem/z conſeruationēm. z ſufficit iſta duplex digeſtio ad plantarum completionem Tercia vero in ſolis animalibus reperitur (vt dicit ariſtotiles. z exponit albu.) Item diuerſificātur arboꝛes in foliis z in ramis ſecunduꝰ multitudinē humoris vel paucitatem: z caloris foꝛtitudinem vel remiſſibilitatez. Nam ſi caloꝛ fuerit foꝛtis et humoꝛ multus: multa in exitu erūt folia atq; rami z econuerſo. z ſecundum raritatem humoris abilis ad deſiccationē et conſumptionem deſiccantur ipſi rami caderūt folia z remanebit arboꝛ vacua atq; nuda. z in contrariis modo contrario ſe habebunt. ¶ Item vt dicit ariſtotiles non ſolum piramidantur ſpine in arboribus: verum etiam eadam figura inuenitur in foliis z fructibus. quia ſi meatꝰ plante fuerint ampli z valde rari in principio humoris: z poſt ſiccitate vel frigiditate conſtringantur: folia z fructus interius ingroſſabuntur: z in ſuperioribus gracilabuntur z piramidantur. z hoc ꝓpter attractionem leuioris partis humoralis ad ſuperioꝛa vi caloris z repulſationem humoris grauioris ad ſuperioꝛa z denſioris. Conuenit tamen tam foliuz q̄ fructum ſepius acui in extremitatibus et piramidari ſcilicet quando virtute et raritate humoris ſuperioꝛ particula leniatur in parte inferioꝛi. cauda etiā exiſtente humoꝛ in medio diſtenditur: z ſic ſubſtantia fructus vel folij in medio dilatat z vtraq; extremitas ꝓpter dominium igneevirtutis in communi quoda modo ducitur z ſubtiliatur: z ſic in piramidem tranſformatur. ¶ Item ibidem dicit Ariſtotiles q̄ arboꝛes z plante quedam faciunt flores ex humoꝛe valde ſubtili z etiam potentia exiſtente in eius

medulla non tamen p omnia tempata nec digesta secundum vltimā fructus cō=pletionez: disposita tamē ad fructus pro ductionem. Quedā autem arbores ꝓpter mīmiam humoris viscositatem non hūt flores. quia ille humor non potest subti liari z ꝓpter suaz vnctuositatem in subti litatem floridaz dilatari. vt patet in fi=cu: que nō habet flores ex causa iam di=cta. Quedam etiam nō habēt flores pro pter humoris liquiditatez quia ñ potest inferioris substātiam coagulare. vt patz in palma. et similibus. vt dicit aristoti. et ideo secundum diuersitatem materie in qua diuersimode agit calor diuersi colores in floribus tam herbaruz quam arborum generantur. Sed ista ꝑsequi non est ꝑsentis negocij. z ideo ō eis ad ꝑsens ꝓpter tedium forze arbitror quie=scendum. Tamen alias superaddit ari. ꝓprietates in fine libri quas nō reputo contemnendas. Dicit enim circa finem. ¶Planta mquit habens grossuz corticem multum extenditur in altitudinē. z hoc ꝓpter extensionem humoris z impulsum caloris. Nam grossitudo corticis humo=rem recipiens: non simit illum defluere nec etiā ꝓpter suam densitatem ꝑmittit calorez ꝑ poros euaporare: ex qua neces se habet se diffundere et dilatare. vt pa=tet in pmo: in palma et consimilibus. vt dicit aristo. Idem ibidem. Arbores ¶ha=bentes lacteū humorē magnam habent vnctuositatem z calorem fortez i radice et ideo resoluuntur humores vsq; ad ex=teriora arboris: z generantur gūme ali quando liquide: aliquando ex exteriori aere frigido ꝓgelante: aliquando etiam in modū lapidis vel concule indurante. et hoc accidit aliquādo ex frigiditate cō strīngente: aliquando ex caliditate liqui diores partes educente z consumente: et grossiores cōpingente. sicut ibidem dicit alnitedus. Item idem ibidem. Arbores quedam alterantur secūm tempis al tera tionem: quia in estate virescūt: in hieme pallescunt: z tamen folia sua non ꝓdunt nec piciunt. fortem enim habent calorez ñicorporatum. z ideo calor fugit ad inte riora arboris z etiā foliorum: q facie fri gidi aeris hiemalis. z ideo exteriora pal lida z glauca fiunt: z non cadunt folia ꝓ pter viscositatem humoris z incensaz for titudinem caloris. Item ibidem. Arbo=res facientes fructum in principio faciūt fructus amaros: quando scilicet nouiter sunt plantate. z in earum fructu tunc do minatur amaritudo vel pōticitas sapo=r scilicet accedens ad amaritudinem: cui9 causa est quando prima digestio accida ē et ponticata: ꝓpter humoris attracti gros sitiem z terrestreitatem: z ꝓter caloris digerentis paucitatem et debilitatem. z ideo generatio talium fructuū est ꝓeter dulcedinem: quia ipsorum humor crud9 remanet et indigestus. Sed post confir=mato calore et augmentato: humore de purato: calor digerens humorem ipsum efficit sapidum atq; dulcem. quia vt ibi subdit aristotiles etiaz amarū in ignem missuz dulcescit z hoc accidit vt dicit al. ꝓpter illam quam recipit a virtute ignis digerētis immutationem. Item ibidem Inlocis acidis frigidis. s. atq; siccis ali=quando producunt fructus dulces quia calor innatus intra acetosum humorem inclusus per calorem solis ad intus di=gerit illam acētositatem et conuertit in dulcorem: z erit fructus dulcis quamuis acidi sint folia: z etiam extremitates in quibus non est tanta digestio z caloris operatio quemadmodum est in fructu. Cōtingit tamen aliq̄ndo q ꝓpter super=uenientem nimiam adustionem: ille fru ctus prius factus dulcis conuertitur in a maritudinem ꝓpter superfluum calorem et humoris residui paucitatē. Item ibi=dem dicit. In locis tempati aeri a nte dies vernales fructus celerius mature=scunt: ꝓper caloris sufficientiam et aeris exteriozis dispositionē temperatā. Item ibidem. Quedam sunt arbores que pri=mo faciunt fructus dulces deinde pon=tici efficiunt et amari. sicut arbores mi=rabolanorum. Cuius causa est (vt ibidē dicitur) quia arbor talis habet fructus magne raritatis. etiam in hora digestio=nis. cum enim meatus earū sint magni-

et ampli sequitur calor sufficiens perdu
cere humorem materialem ad fructum:
et maturabit fructum·⁊ ideo huius fru
ctus in digestionis principio erit dulcis
sed post calor existens in meatibus cōsu
mentibus humorem inducit siccitatē qz
cōstringit meatus ⁊ poros:ita ꝙ nec ca
lor nec humor pōt ad locū fructus perue
nire·mutantqꝫ frigiditas ⁊ siccitas calo
rem ⁊ humorē ꝓpter quod alteratur fru
ctus in ponticitatem:eo ꝙ prohibet om
nis ascensus siue accessus caliditatis in
nati ⁊ humoris p cōstrictionem inductā
a siccitate ⁊ sic erit frigiditas vincens in
fructu ꝓpter defectum caloris ⁊ erit for
tis ponticitatis ꝓpter iunctura siccita
tis·Sed tandem calor innatus eleuatur
ad locum fructus ⁊ figuratur p calorē so
lis:ꝓpter quod vincit iterum frigiditatē
et inducit incensam raritatem ⁊ siccitatē
et sic erit fructus amarus· In arboribꝫ
plantandis etas lune maxime cōsiderā
da est·Nam que plantantur in plenilu
nio recto vel in recto nouilunio min⁹ con
ualescunt:⁊ si conualuerint fructum fa
ciunt vermiculosum:⁊ fructus tunc pla
tate arboris citius putrescunt·Similiter
et arbores que tunc de terra p̄scindun⁹
minus durant ⁊ citius a vermibus cor
roduntur(vt d·constan·) Ratōm quere
supra li·vij·de effectibus lune·Item in
ter arborem ⁊ eius fructum est quoddā
retinaculum quo fructus adheret arbo
ri sicut fetus per vmbilicuz adheret ma
tri(vt di·constanti·) ⁊ illud retinacu
lum primo est debile ⁊ laxum ⁊ attra
ctiuo humori adhuc vicinum·⁊ ideo fru
ctus de facili tūc excutitur si cū fortioris
venti impulsu tūc temporis arbor moueat
sed post paulatim calore humorez indu
rante fortius adheret ⁊ fructus ita de fa
cili non tunc cadit·sed in fine fructu ma
turato ⁊ ad debitam quantitatem pdu
cto arescat illud retinaculuz vel putrescit
et ideo fructus de facili mozitur tunc ad
casum· Et quāto arbor pfundius figit ra
dicem:tanto maior attrahit plus humo
ris:⁊ fructifera est:plus habundat in fo
liis/fructibus/⁊ ramis· Item arbor sup
fluis abscisis melius fructificat·nā talis
humor trāsit in fructuz q̄ alias transiret
in nutrimentum superfluorum·Hec de
natura ⁊ proprietate arborum in genera
li dicta nunc sufficiant·

De amigdalo

AMigdalus est arbor mature
floręs·Et dicitur hec amigda
lus p arbore:⁊ hoc amigdalū
pro fructu·vnde quidam ait
Sunt matura mora pira ficus amigda
la mora·tamē amigdala le·inuenitur p
fructu in sacra pagina· Numeri xvij·sa
cra em̄ scriptura(vt di·hiero·) non vult
se semp subicere grāmatice legi:nec vult
illius arte regi(Isido·aūt li·xvij·sic d·)
amigdala greca dictō est que latine nux
longa vocatur·hanc nuculam:multi vo
cant quasi mundum nucem·de qua vir
gili·Cum se nux longa siluis induit in flo
rem·Cunctis em̄ arboribus prior se flo
ribus cōuestit·⁊ ad inferenda poma ar
busta sequentia p̄uenit(bucusqꝫ Isi·)de
amigdalis d· aristo·in li·de plantis· ꝙ in
digent cultura:maxime quādo sunt an
tique·vñ si dauis ꝓferent:emittūt qdā
dam gumi:⁊ depurabitur humor in me
dulla:qui materia est ipsius fructus·et
ideo plus fructificant amigdali bene cul
te quando sunt antique ꝙ nouelle·Du
plicem aūt fructū fert amigdalus scilicet
dulcem ⁊ amaruz (vt dicit in platea·)⁊
dulcia amigdala vtilia sunt ad cibum·
amara vera ad medicinā · sunt em̄ cali
da et sicca·De dulci amigdalo dicit dia
ꝙ si recens cum suo folliculo comedatur
prodest stomacho·sed caput grauat/ca
liginem nutrit/venerem accendit/som
num facit/ebrietati resistit· Item dicit id̄
ꝙ si vulpis comederit amigdalam mori
etur·Sepe enim quod medicinale est ho
mini:venenosum ⁊ mortiferū est alteri
animali ⁊ econuerso·Item idem Fere to
ta arbor amigdalorum amarorum ē me
dicinalis· Nam radix eius elixata siue
cocta ⁊ trita:maculas vult⁹ tollit·⁊ pur
gat faciez quando inde est limita:dolorez
capitis maxime mitigat/⁊ etiā vulnera

putrida mixto melle mūdificat ac sanat
coztex etiam z folia sunt mundificatiua
exterminatiua/z sanatiua· oleum autē
de amigdalis extractum·vermes z lum
bricos in ventre necat/mēstrua puocat/
et purgat/cōtra surditatem efficaciter iu
uat/z aurium saniem mūdat z desiccat
si tepidum auri instillet(vt di·diascoz⁹)
Jtez flozes eius decocti in oleo caducos
et litargicos excitant·cū melle triti/moz
sibus canis obuiant/vlcera sanant· gū
mi quod de amigdalis exsudat·mixtum
potioni·sanguinez reicientes iuuat· z sic
patet q⁹ parum vel nihil est in amigda
lo quod non cōueniat medicinis· vt ostē
dit diascoz⁹·

De Abiete

ABies nomē est arboris sic dí
cte ab eundo·eo q⁹ pre ceteris
arboribus longe abeat z i al
tum altius se extendat·cui⁹
natura est(vt d·Jsido·li·xvij·q⁹ est exp⁹
terzemi humoris· z ideo terzibilis ē atq⁹
leuis· Ex abiete aūt dicuntur abiena li
gna vel alia que de abiete ꝓponuntur· z
et abietarius dicitur qui aliquid de abie
te operatur(vt d·Jsido·)Secunduz aris
toti· autem abies est arboz in altum se
extendens plurimum habens raritatis i
substantia z subtilis humiditatis· z ido
caloz eius naturalis a solis caloze foztifi
catur qui illam humiditatem de facili
eleuat·z per sursum mittit z sic ipsam i
arboris substantiam cōuertens·arboz ex
altam facit·Est etiam arboz mire recti
tudinis parum vel nihil habens toztuo
sitatis·z hoc propter virtutem caloris z
equalitatem humoris operationi calidi
tatis obedientis· z ideo directe sine alicq
toztuositate sursum eleuatur·Quamuis
enim abies generetur ex humoze leui et
subtili·illius tamen humoris superfluita
tem reicit natura ad eius superficiem sci
licet inter lignum z coztices·z ibidez a
caloze exteriori inuiscatur·z in naturaz
resine cuiusdam odorifere transmutatuz
propter eandem etiam viscositatem vn
ctuosam ligno abieno incorporatam·abi
es igni apposita facilime inflammatur·
variis insuper edificioruz structuris abi
es accomodatur·z maxime propter suaz
rectam altitudinem/z formam pirami
dalem/vel ad edificationem nauium vti
liter adaptatur·

De aloa

ALoa arboz ē aromatica que i
India generatur(vt dicit papi)
et est arboz odoris suauissimi
atq⁹ fragrantissimi cuius par
ticula vice thimiamatis altaribus ado
letur·vnde nomē traxisse dicitur·De li
gno autem aloes dicitur in plate·aloes
est lignum calidum z siccum quod repe
ritur in magno flumine babilonis cui ti
gris cōiungitur fluuius paradisi·vnde a
pluribus creditur q⁹ predictum lignū in
ter paradisi arbores oriatur·z casu aliq⁹
vel impulsu de paradiso illiue deducatur
habitantes aūt iuxta fluuium·missis re
thibus in flumen·lignum intercipiunt z
reseruant vsui medicinē· Multuz medi
cinale est· Est enim lignum aloe triplex
vt dicat Constan·in libro graduum·pri
mum est valde ponderosum z quod ē no
dosum est valde aromaticum z est subma
ri saporis·subnigri coloris z subrufi·
et contritioni dentium non omnino re
sistens· Dicit etiam q⁹ cum masticatur·
statim odor aromaticus videtur attinge
re cerebrum·z quodāmodo replere· Se
cundū genus est minus ponderosum nec
adeo aromaticum nec amarum· Terciū
genus est subalbiduz valde leue·nec est
alicuius saporis z parui odoris nisi sit a
liunde coaptatum· Sophisticatur autez
lignum aloes cum quodam ligno sibi si
mili in ponderositate z nodositate·z mo
dico aromate· Et a quibusdā lignuz alo
es siluestris nuncupatur· hoc lignum cō
fricatur cum plumbo vt coloz immutet·
et addita superfluitate aurium·vt fiat a
liquantulum amarum z subrufum z po
nitur in decoctione optimi aloes cū mir
to·vt fiat valde aromaticum·z sic fit vt
vix ab optimo discernatur·cognosci tā
men quia durissimum est et masticatio
ni dentiū omnino resistit· z dū masticat

ſapor amarus ſ̃ interius ꝰo non ſentitur· lignum aloes ſtomachum confortat/digeſtionem procurat /debilitatem cordis ac cerebri ꝓfortat/circa ſ̃incopim ⁊ cardiacam maxime paſſionem iuuat· nam cõtra omnes cordis paſſiões ⁊ debilitates ex frigiditate prouenientes /valet vinuz decoctionis aloes·Sed quia vinum mõ fit amarum/modicum apponatur· ⁊ pro delicatis cũ aqua roſacea vinum temperetur/⁊ tale vinũ poterit diu reſeruari·quia a ligno multũ immutatur·eius fumus pnares receptus/ſ̃frigidatum cerebrum calefacit/debilitatũ cõfortat· Et vt laudes eius cõcludam /ſ̃ omnibus corpis debilitatib⁹ ſubuenit ⁊ adiuuat /ſi quis modo debito vti ſciat(ubicuq; platea·

De Aloe

ALoe etiam dicitur cuiuſdam herbe ſuccus /que herba aloẽ appellat· hec herba ī mdia et perſis ⁊ locis plurimis reperitur·cuius ſuccus exprimitur ⁊ ad ignez decoquitur/⁊ poſt ſoli exponitur ⁊ exſiccatur(vt d·platea·)aloe etiam tria ſunt genera ſcilicet citrinum/epaticum/⁊ caballinũ (vt d·plateari⁹)⁊ differunt iſte tres ſpecies ī bonitate·nam bonum eſt caballinum/melius eſt epaticuz/ſed optimum eſt citrinum ⁊ diſcernitur ex colore citrino ⁊ rufo ⁊ precipue cum frangit̃ puluis apparet ac ſi eſſet puluis croci·et eſt eius ſubſtantia clara maxime quando confringitur per minuta fruſta et qñ frangitur ex eo minus fetidum eſt ⁊ minus amarum·Epaticum vero aloe aſſimilatur epati ī coloze/colozem em̃ habet epaticum id eſt nigrum ⁊ fozam ma quedã velut ora venarum·obſcuraz etiam habet ſubſtantiam ⁊ non claram /et eſt amarius q̃ citrinum·Caballinuz autem aloe nigrum eſt ⁊ obſcurum ⁊ feculentam habet ſubſtantiam ⁊ amariſſimum ſapozem ⁊ horribiliſſimum odoreꝫ Sophiſticatur autem caballinum ita vt videatur epaticum vel citrinuz cum puluere croci ⁊ aceto/ſi decies ī illo intingatur ⁊ deſiccetur /⁊ tunc innouatur ei⁹ color ⁊ odor/⁊ citrinum vel epaticum vi detur·diſcernitur tamen quia dum frangitur ⁊ digitis confricatur/ſtatiz fetidiſſimum ſentitur ⁊ amariſſimum inuenitur·quod nõ eſt ī epatico et citrino· omne autem aloe quanto de ſui natura eſt minus amarum ⁊ minus fetidum/tanto eſt magis laudabile·aloe autem quãuis ex natura ſit amarum /tamen mirabiliter eſt vtile ⁊ ſalutiferum · nam flegma coleram ⁊ melancoliam munoſificat atq; purgat/membza neruoſa confortat/ſtomachum a viſcoſis humoribus ⁊ nociuis euacuat/caput a doloze releuat/quando fumoſitas ſtomachi caput grauat·viſum darificat/ſplenem ⁊ epar deopilat mẽſtrua prouocat /ī cozpoze diſcolerato bonum colozem generat/ab hidzope cozpus preſeruat /⁊ ī pncipio curat /puluis eius cum melle datus lumbricos id eſt vermes ventris necat/fluxũ capillozum prohibet ⁊ a cancre preſeruat/arthcticos iuuat/pzurigĩem oculorum placat/membzozum genitalium vlcera ſanat/ putredinem oris ⁊ gingiuarũ mundat/recentia vulnera ſanat/ conſolidat/mundificat/⁊ deſiccat /amarum ẽ oꝛi/ſed dulce ſtomacho /ſtomachum eniz ſ̃frigidatum ⁊ debilitatum confortat/⁊ digeſtionem adiuuat ⁊ procurat· Hec omnia de diaſcozo plateario ⁊ auicenna extracta ſunt·

De arundine

ARundo eſt media ſ̃ter herbam ⁊ arbozem·herba quidẽ robuſtioz ⁊ durioz/ſed arboze eſt fragilioz·exterius plana/⁊ ſ̃terius vacua ⁊ caua/nodoſa/et leuis/ ī paludibus enutrita/ventis cedens/ꝺ facili manum ledens· De arundine dic̃ Iſidozus libzo·xvij·Arundo eſt dicta eo q; cito areſcat · ī ꝺicis autem ſtagnis creſcunt arundines/ex quarum radice expreſſum ſuauiſſimum ſuccuz bibunt·vnde ⁊ varzo dicit/ Indica non magna ī arboze creſcit arundo·Jilius ⁊ lentis ꝓmitur radicibus humoz· Dulcia cui nequeunt ſucco cõtendere nulla·

De armonio

Armoniuz ·vt dicit Jsido·li· xvij·est vocatuz ·eo q̄ habeat odorē veluti cmamomū· Na scit in siria z armenia·cuius frutex botros siue semen reddit sibi con nexū habens florem album similez viole z folia similia bziomie odore etiaz suo ꝓbono somnū suauificat· Armoniū siue aromen est herba odorifera·vt d·dia·et est coloris subrufi·folia habens ꝓiuncta et semina copiosa habens ad modū vio le florem album · Est z armonij triplex species·quoddam em̄ est armenicū·z il lud ceteris est nobilius fuluj quidē colo ris·sed odoris optimi /z virtutis marie ac valoris· Aliud est quod crescit i locis humectatis z aquosis z est lene·tactu sa porē exprimens atq; gerens·Terciuz vo catur ponticū rufum non longū· Est au tem eligendū quod est recens z albū se mine plenū·sup̄ virgas purpureas expā sum marime odorifez z ponderosum qō masticatū·quodam acumine mordet li guam·Vnum habens colorē·non vari um·non diuersam(vt dicūt auicen·z di asco·)omne armomū habet scom eosdez auctores virtutem calefaciendi z etiā de siccandi·ictibus scorpionū occurrēdi·sua decoctione in aqua oculos fouendi z a su is doloribus releuandi·habet etiam vir tutem dolorem viscerum sedandi /vento sitatem extenuandi/z menstrua ꝓuocā di· cuius elixatura siue decoctio sumpta habet virtutem freneticis subueniendi/ epateticos adiuuandi/z etiaz podagris succurrendi·in omnibus siquidem anti dotis nobilibus receptionibus z medica mis solet armonium sepius adhiberi·q̄= uis loco ipsius multi aliaz herbā armo nidem scilicet ei quidē in colore similem sed in odore z virtute penitus disparem apponere sunt cōsueti·vt d·auicen·

De Aneto

Anetū est herba cuius semen cōsimili nomine est vocatum cuius semē primo quemit me dicine·radix secundario ·sed tercio ipa herba·cuius semen pōt seruari ad trienniū in magna efficacia(vt d·dia·)melius tamen est vt singulis āis renouetur·cuius radix adhuc viridis ali cuius est valoris·sed desiccata nullius· vt d·idem·habet virtutem diureticaz ca lidam z aperitiuā z compactoruz diuisi uam·venenositatis z inflationis extenu atiuam/z torsionis ventris z viscez mi tigatiuam·Item virtutem habet calcu li cōfractiuam /mēstruorum ꝓuocatiuaz et meatuū vrinaliū aperitiuaz /singuli ex plenitudie āputatiuā/somni ꝓuocati uam/duraz collectionū in corpe resoluti uā si coctum cū oleo per emplastri mō apostemati apponatur·Item flos ei⁹ cū vino coctus dolorem capitis aufert si in de caput fomentetur· Itez cinis ei⁹ vul ue stillanti appositus ipaz reprimit z de siccat·Item decoctum anetum oleo rigo rem neruorum laxat z multis alijs sub uenit passionibus·vt idem dicit·

Anisum eadem habet virtu tes quas z anetum· sed sapo rem habet dulciorem z eius semen magis minutum z ro tundum z a multis vocatur dulcinium· vt dicitur in platea·virtutem habet dis soluendi/consumendi /z ventositates de struendi/digestionem confortandi /opi lationes epatis z splenis aperiendi/ cal culum confringendi/menstrua prouocā di/z omnes meatus interiores aperien di z emendandi· et ideo quamuis sit in quantitate semen minutissimum ·est ta men multum vtile in virtute z plurimū salutiferum·

De allio

Allium ab olendo est dictum· eo q̄ olet(vt dicit Jsidorus li bro decioseptio) cuius odor ē tam fortis q̄ omnes alios o dores reprimit/superat z fetores· z ideo per loca corrupta necessario trāsituri ·siue loca putrida purgaturi·fortissimis se munint alleis· Secundum diascorum allium multas habet virtutes z tam bo nas q̄ malas proprietates ·quia ex di uersis componitur virtutibus(vt d·idē) ventrem siquidem z stomachuz turbat/ siccat/sitim mouet/z corpori appositum·

corpus vicerat ꝛ vulnerat · ꝛ si mimis a
colericis sumatur in vsum: corpus inflā
et desiccat/lepram generat/mamā ꝛ fre
nesim excitat'/visum ledit ꝛ etiā ebetat/
et ideo colerico naturaliter nocet· nā co
lerā rubeā cito generat ꝛ adustam multi
plicat ꝛ augmentat/flegmaticis ꝛ frigi
dis multum cōfert· Est aūt duplex eius
genus scilicz domesticū ꝛ siluestre quod
scorodion a medicis appellatur: cui⁹ flos
debet recolligi ꝛ in medicinis apponi vl
admisceri· non emz opatur cum impetu
sicut solz domesticū opari· Allij domesti
ci capitibus maxime vtuntur: in cui⁹ na
tura multiplex efficacia repitur· nam p̄
cipue habet virtutez dissoluendi ꝛ consu
mendi ꝛ expellendi venenum ꝛ oīe ve
nenosum · vnde non sme causa vocat ab
antiquis doctoribus tiriaca rusticorū· vt
dic̄ diasco· maxime aūt valet cōtra mor
sum ꝛ venenum canis rabidi si cū sale et
nucibus interius accipiatur addita her
ba ruta· hec em̄ quatuor ad minutem con
terantur· ꝛ ad quantitatem magne nu
cis patienti sepius offerantur ꝛ hoc cum
vino· eadem em̄ cōfectio sup morsum ex
terius apponatur · vulnus emz sanat/et
venenū attrahit ꝛ consumit: ꝛ a periculo
liberat ac p̄seruat ita efficaciter sicut tiri
aca· Jtez allium virtutem habet appetē
di inducendi humores grossos ꝛ cōsumē
di· ꝛ ita valz calculosis ꝛ stranguriā pa
tientibus id est difficultatem vrinandi·
menstrua aūt ꝓuocat ꝛ emūdat ventrē·
lumbricos ꝛ alios vermes in ventre in
terficit: si cū pipere ꝛ succo mente ꝛ acce
to ad modum salse offeratur· dolorez ili
acum ꝛ lumbor alliū mitigat: si munda
tum ac tritum ꝛ cū oleo coctum super do
loris locū ad modum emplastri appona
tur · valet etiam cōtra morphcam id est
lepram cutis si vbi est morphea loc⁹ sca
rificatur · et post cum allio trito fricetur
et catapla smetur· ptra serpentū morsus
valet: si tritum cū laurino oleo apponat
vt dictum · Jtem hidropicis prodest quia
humorem intercutaneū cōsumit ꝛ desic
cat ꝛ tumorem sedat / grandia ꝛ cruen
ta vulnera ꝛ sordida purgat ꝛ ꝑglutiat
et sanat: si pulvis allij cōbusti superpo
natur· coctum etiā allium cū aqua fonta
na omnem dolorem loci ꝛ tumorem tol
lit· cauendum tamen est ne cōtinue in ci
bis assumatur · quia multuz noceret ocu
lis· vnde versus· Allia vina venus pul
vis ventus faba fumus· Jsta nocēt ocu
lis sed vigilare magis· Secundū aristo·
aūt li· de plantis · allium habet similitu
dinem cum lilio ꝛ cōmunicat cū illo in di
spositione capitis ꝛ in tunicellis ꝛ habet
virtutem sementinam in tunicellis ra
dicis sue ꝛ in granis suis natis in sūmi
tate hastę sue · ꝛ ideo cepula allij posita
in terram producit plantam· Similiter et
eius semen · ꝛ habet tunicas multas ꝛ fo
lia piramidalia ꝛ hastam cauernosam
et porosam· Allium etiam sicut ꝛ lilium
primum facit semen stipitis sui in tenui
folliculo in grana cōiungitur · cepa vero
non cōiungit grana sua: sed in pediculis
siue pedibus paruis nutrit ea: ꝛ emittit
facit etiam radices capillares sicut lilium
et sicut crocus ꝛ huiusmodi · Sed in hoc
differūt radices allij a lilio quia non ra
mificantur in allio sicut ramificantur in
lilio· ꝛ sicut allium renouat folia ita re
nouat radices ꝛ semel tantum emittit se
men scilicet in scōo anno postq̄ semināt·
et ideo habet allium tunicas plures et
ramosas vt ille tunice sicut cibus ꝛ nu
trimentum secundis radicibus ꝛ secun
dis foliis ꝛ stipiti eius· quapter cresen
tibus secundis foliis ꝛ stipite attenuan
tur ꝛ euanescunt tunice eius in terra· et
simile huius in cepis inuenitur · In hoc
aūt differt allium a cepa · quia quelibet
allij tunica carnosa si plātetur crescit ex
ea planta sicut ꝛ lilium quod ō tunica sua
plantata in terra emittit plantam ꝛ hoc
accidit quia in suis tunicellis est virtus
seminatiua sicut in carnosis partibus al
liorum · non sic aūt fit ex cepa · non em̄ ex
qualibet parte ei⁹ plantata emittit plā
tam · quia virtus seminatiua non est in
qualibet parte cepe · sed in toto · In hoc
etiam differt allium a lilio quoniam ei⁹
partes carnose quando plantantur emit
tunt gramina sua ꝛ folium per medium

armis sue. sed tumicelle lilij emittunt ab vno latere sui iuxta: z non a medio. hucusq; aristo. li. de plantis et secundum nouam translationem.

De absinthio.

Absinthium est herba acerrima calida et sicca vehementer et stiptica z amara. vt dicit dioscorides. cuius duo sūt genera. vnum est ponticum habens colorem viridem: et amarum et saporē ponticum et amarum. aliud est subalbidum z minus amarum et est minoris effectus q̄ primum. in fine veris colligitur. z umbra desiccatur. p annum in magna efficacia conseruat. Dicitur autem contrarias habere virtutes sicut pla. dicit. s. laxatiuam et constrictiuaz. constrictiua est ei ex grossicie substantie: et ponticitate. laxatiua ei est ex caliditate z amaritudine. vnde quando recipitur interi? si inuenit materiam compactaz propter ponticitatem sue substantie z grossiciem reddit materiam compactiorem. et sic ē causa maioris cōstrictionis. materia vero existente habili et digesta: caliditate dissoluit eam et ponticitate sua comprimente expellit eaz. Sirupus d absinthio factus epati subuenit et stomachū confortat. appetitum inuitat. ebrietati obuiat et repugnat: ictericiam curat z colorem eius alterat z immutat. succus eius cum puluere coctus splenez deopilat. dolorem stomachi et intestinorum ex ventositate proueniēte dissoluit z mitigat. succus eius auribus instillatus humiditates ab eis distillantes desiccat. cuz felle tauri tritū absinthiū z auribus iniectuz dissoluit somnū z auditu roborat z emendat. dolorē capitis ex fumositate stomachi precedentē succus eius sedat. liuorez et dolorē ex percussione cū puluere cimmi et melle amputat: si per modum emplastri apponatur. lumbricos z vermes aurium succus eius necat: si instillet. succus ei? potatus visum clarificat z oculis impositus roborē curat: si sepius infundatur libros z pannos a vermibus z muribus tutos seruat: si cū eis in cistula reponat vt dicit macro. Item z morsibus migale z dracconibus obuiat z sanat: si bibatur. Item eius decoctio ventositatem vētris et inflationem sedat cū potat (vt dicit dioscorides) pter has virtutes quasdā habet cōditones z proprietates minus laudabiles nam saporis amaritudine z pōticitate inducit z cōristat gustū/odoris horribilitate ledit olfactuz/in amaritudinē redigit lac z vinū z omne dulce cui admixtum fuerit seu adiunctuz. z ideo apes q̄ frequentāt flores absinthij faciūt mel amarum (vt d. dia.) De absinthio d. plinii. xvij. non est inquit dādū febricitanti. nauseā naribus arcet: si fuerit potus potatū. somnuz puocat/dormiēti inscio sub capite positum. capillos denigrat: quādo mungunt vnguēto facto de eius succo et oleo rosaceo.

De apio

Apium est p̄munis herba omnibus fere nota: ex eo sic vocata (vt d. Isidor. li. xvij.) q̄ apicis id ē capitis triūphantium apiū quondā fuit ornamentū. hercules em̄ hanc herbā primo capiti circumposuit. cuius radices efficaciter pugnāt cōtra insidias venenī (vt d. Isi.) cui? multe sunt spēs. vt d. idem. scilicet petrosum sic dictū: eo q̄ apie ē similimū in foliis. silenū em̄ grece apiū dicit. crescit autē in locis petrosis mōtibusq; p̄ruptis. z ideo latini petrosiliū petrapiū vocant (vt dicit Isidor.) Sūt z alie maneries apij. vt d. dia. scilicet apiū ranarū/apiū risus/z apium emorroidaz. Apiū ranarū dicit q̄ in locis aquosis vbi sunt rane sepius inuenit: quod decoctū cū vino z oleo z vētri ac renibus cataplasmatuz eoz dolori mirifice opitulat. Apiū risus dicitur ab effectu: quia purgat melancolicum hūorem: ex cuius superabundātia fit tristicia. dicūt aūt q̄ interius receptuz in magna quātitate: hominē ridendo interficit z occidit. valet aūt contra calculum z stranguriam z ad menstrua puocanda: si decoctum fuerit in aqua vel vino z inde infrigida fomentent. Apium emorroidarū est dictū eo q̄ eius puluis vel cimis super

ri

positus fluxum sanguīs desiccat· Apium aūt cōmune splenis ⁊ epatis opilatiōnem apit/calculū frangit/icteritiā soluit/hidropicis subuenit/freneticis cōuenit·si eius succo ⁊ oleo rosaceo mixto cum aceto caput patientis sepius mungatur· radix eius ⁊ semē morsib⁹ venenatis succurrit ⁊ veneno resistit(vt d·dia·)epilenticis aūt nocet oīe apium quia dissoluit⁊ et mouet omnes materiā ad supfluitatē· nocet etiā pueris· illa etas ꝓpter humiditatis īstitutionē ⁊ virtutis debilitatē et membroꝝ ⁊ meatuū structuram·parata ē ad morbū caducū· ⁊ ideo lactātes/nutrices abstineāt ab apio ne puer epilenticus efficiatur·vt d·dia·⁊ pla·

De aristologia

ARistologia ē herba multum medicinalis quāuis amara· cuius due sunt spēs ·s·lōga ⁊ rotūda· ⁊ vtraq; est calida ⁊ sicca· ⁊ ē radix magis medicinalis q̄ folia· In autūno debz colligi ⁊ seruatur p bienniū·virtutē habet dissoluendi ⁊ expellendi venenū ⁊ cōsumēdi ·bonū aubelitum facit/splenez durū temollit ⁊ eius opilationes aperit/ventris dolorē ⁊ lateris amputat ac sedat /podagricis ⁊ caducis subuenit ⁊ cōtractis·cōtra morsus venenosos cōfert/puluis eius carnem mortuam leuiter corrodit in fistula ⁊ in plaga ·fetum mortuū ō vtero expellit radix eius si cum vino decoquat (bucusq; diascor·)de aristo· dicit plini·⁊ Jsi·li·xvij· q; mulieribus fetis optima sit·nam potata cū pipere ⁊ vino·sozditiem parturiētiū mūdificat·⁊ matricez expurgat ⁊ mēstrua puocat atq; purgat·

De agno casto

AGnus castus dicit quedā herba calida ⁊ sicca·cuius virtus est vt d·plini·cōseruare in hominibus castitatē ·vnde ⁊ mulieres ratione illius herbe frutices secum deferre cōsueuerunt in mortuoꝝ exequijs quando ꝓpter honestatē publicā oportuit necessario cōmentiam obseruare ·hec herba scōm dia·⁊ platea· semp viret·et eius flos potissime agnus castus nuncupatur·quia odore/vsu/ac visu/reddit homines castos sicut agnos· Scōm dia·et platea·dicitur apiendo poros/⁊ spiritus euaporando /⁊ humiditatem semmalez cōsumendo/mducere castitatē·Dicit etiam ibidem auctor, q; eius decoctio valet cōtra leucoflegmantiā id est frigidaz hidropisim siue albā·si in semine feniculi et modica esula decoquat Jtem ibidem fomentū decoctionis agni casti·matricis exsiccat supfluitatez ⁊ ipius orifitiū coāgustat/menstrua aūt puocat·⁊ litargiaz sanat atq; soluit·si cū saluia ⁊ apio ōcoquat i aq̄ salsa·⁊ mde posterior ps capitis fortiter abluatur·vt d·dia·

De artemesia

ARtemesia ē mater herbarū dicta que quondā fuit a gentilibus dyane que grece dicit artemis plecrata(vt d·Jsidorus li·xvij·)Est aūt herba calida ⁊ sicca cuius radices ⁊ folia cōpetunt medicine valet aūt maxime cōtra sterilitatem que ex causa humida creatur· in causis aūt calidis ⁊ siccis non valet (vt d·dia·)mēstrua puocat/matricem mūdificat ⁊ confortat/dolorez capitis decocta in vino vl aqua mitigat ⁊ sedat /secundinas ⁊ fetus mortuos euacuat /calculos renū atq; vesice frangit /demonia scōm plini·fugat/ et malis medicamētis obuiat/trita cuz azibia dolorē pedū ex itinere mitigat·cuius sunt species plures·quaruz virtutes dicit diana admuemisse ⁊ mortalib⁹ tradidisse(vt d·plini·⁊ dia·)alias eius virtutes refert auicēna·

De Auena

AVena est herba cui⁹ semen ē hominū ⁊ equoꝝ vitibus aptū que scōm Jsi·est sic dicta eo q; postq̄ seminatur cito aduenit atq; crescat·Habet autem secundū platea·vires leuiter relaxantes·⁊ cōtra omnem tumorem fastiditates ⁊ duricias relaxantes·⁊ faciei immūditias ōpurantes·vt d·in platea·

De balsamo

BAlsamum(vt dicit Jsido·li·decio septimo ·est arbor siue frutex terre

nunquam creſcens vltra altitudinē duo rum cubitorum et eſt viti ſimilis·in fo liis autē ſimilis rute· ſed albioribꝰ ſem perq; manentibus cuius arbor dicitur balſamum·lignum vero ſilobalſamum fructus ſiue ſemen carpobalſamū·z ſuc cus opobalſamum nuncupatur eo q; fer reis vngulis cortex ligni percutitur·et p corticis vulnera quaſi per cauernas gut te opobalſami eximij effluūt z diſtillāt· cauerna eīm greco ſermone opo dicitur· cuius gutte aduiterant admixto cipro o leo cum melle· Sed cognoſcitur ſophiſti cum cū melle ſi gutta lachi diſtillata fue rit coagulata· cum oleo vero ſi aque ad mixta facile fuerit reſoluta·quia vt ole um enatat ſuper aquā· Si vero non fue rit ſophiſticuz·ſtatim in aqua recenti pe tit fundum·veſtem mundam quam tan git non maculat neq; polluit· Balſama autem ſi pura fuerint tantā vim habēt vt ſi ſol excanduerit·ſuſtineri in manu ñ poſſunt·(hucuſq; Iſido·) Plini·autem li·xij·ca·xvij·ſic dicit·omnibus odoribus prefertur balſamum·vni terrarum ſcili cet cōceſſum quondam·nec inueniebatur niſi in duobus regijs ortis·quorum ma ior viginti iugerū erat· ſed poſt dom nā tibus romanis·vinea balſami per mul tos colles ꝓpagata eſt·viti quippe ſimili or eſt q; mirto·modo vinearuz ſicut z vi tis implet colles ſine adminiculis·rami eius ſe ſuſtentant· procerior eīm altitudo eius inter binos cubitos ſubſiſtit·cauen dum eſt autem ne cum ferro ad interio ra ligni ledatur· et ideo cauenduz eſt ne vltra corticem violetur·quia leſo ligno i teriori·totum perit· Eſt aūt arbor totali ter medicinalis·cuiꝰ ꝓpria prima gra tia fit in ſucco· ſecunda in ſemine·tercia in cortice·minima eſt in ligno·ex his eſt optimū quod eſt odoriferū z ſem ine ma ximum z ponderoſiſſimū /mordēs guſtu et feruens in ore/in colore rufum(hucuſ q; plini·li·xij·c·xxvij·) Diaſco·autē dicit q; quedam eſt ſpecies balſami que cre ſcit circa babiloniam·vbi ſunt septē fon tes· ſi autem alias tranſferatur nec flo res·nec fructus facit·in tempe eſtiuo le uiter inciduntur rami eius cū cultello oſ ſeo vel alio non nimis acuto ne lignum interiecus ledatur·quia tūc periret·ſub cortice autē inciſſo ponuntur vitree am pule·in quibus gutte ſtillantes colligū tur· Si vero vna gutta ponatur in pala to·cerebrum ita calefacit·q; videtur ſuc cendi· Habet aūt virtutem diſſoluendi cōſumendi/z corpora mortua incorrupta cōſeruandi· quia quantū diſſoluit·tantū cōſumit·vt dicitur i platea·menſtrua p uocat/z eduxit fetum mortuum/z molaz de ventre eicit z excludit/lapides in reni bus z veſica frangit/ iliacam paſſionem ſoluit/omnes mueteratas capitis paſſi ones tollit ſi modo debito aſſumat /quo tidianis febribus z quartanis ſubuenit/ morſib9 venenatis occurrit·Has z mul tas alias nobiles virtutes habet· quas enumerare eſſet longum·ſed hec de mul tis nunc ſufficiant·

De bdellio

Bdellium·vt dicit plinius li·xij·c·x·ē nominatiſſima arbor nigra·ſimilis oliue in foliis z in roboze· cuius gūmi maxie reperitur in vſibus medicine· nam eius lacrima ſiue gutta eſt tranſlucida/guſtui amara/bene odorifera/ſed magis aroma tica·quando vino eſt infuſa· Idez tangit glo·ſuper Gen·ij·vbi dicitur·ibi inuenit bdellium z lapis onichinus·z tamen na ſcitur vt dicit plini·in partibus orientis vt in arabia india z caldea zc· bdellia autem(vt dicit Iſid·li·xvij·)eſt indie et arabie arbor cuius lacrima arabica me lior eſt·aromatica eīm eſt lucida/ſubalbi da/leuis/pinguis/equaliter cerea·z que facile remollitur·z eſt amara·boni odo ris·ligno vel terre nō mixta·Indica ve ro ſordida atq; nigra z adulteratur cum gūmi qui non amarificat guſtum·vnde cum q; autem vemat·glutinoſam valde habet ſubſtantiam z cōſtrictiuam·z eti am attractiuam·z ideo vt dicit diaſcori et platea·repugnat diſſenterie facte ex a cuta materia·z valet patientibus fluxū ex fortiſſima fartimea id eſt medicia for titer laxatiua·valet etiam cōtra apoſte-

mata interioza ⁊ exterioza ⁊ si inde fuerit
muncta · calculuz rumpit/tussim compe-
scit/morsibus reptilium occurrit/intesti-
norum dolorem lenit (vt dicit pla) herio
sis ⁊ i inferioribus partibus ruptis ma
xime proficit ad interiorum cōsolidationē
cum gūmi bdellico cōcoxdat ⁊ vermiz siue
bermiz quod dicitur gūmi arboris habēs
virtutem cōglutinandi/clarificandi/⁊ cō
seruandi · ⁊ ido pictores eo maxime vtū-
tur · multum siquidē stringit sicut ⁊ bdel-
lium · alterius tamen ē nature ⁊ quia fri-
gida ⁊ sicca in secundo gradu ⁊ bdellium
vero calidum ⁊ humidum vt e dicatur in
platearo.

De buxo

b Buxus (vt dicit Isido · li · xvij ·) grecum nomen est · sed ex par
te a latinis ē corruptum · Nā
pixos apud eos appellatur ar
bor semp virens que lenitate materie lit
teraruz formandis apicibus est apta · nā
tabula buxia bene polita colorez recipit
album ⁊ in quo de facili figure ⁊ littera
caracteres inscribuntur · ⁊ etiam de faci-
li post delentur · ⁊ dicitur scdm Isido · hec
bux⁹ pro tota arbore · ⁊ hoc buxuz p inte
riori ligno · vnde dixit quidam · Dec bux
us crescit hoc buxum crescere nescit · Est
autem arbor multuz solide materie ⁊ cō
pacte ⁊ cuius humor nutrimentalis mul-
tum est viscosus ⁊ cōpactus (vt dicit alu
redus) vel vegetabilis · ⁊ ideo lignuz ha-
bet grossum ⁊ ponderosum ⁊ quod missū
in aqua petit fundum ⁊ sicut bebenus · et
hoc pter cōpactionem ligni nō habentis
poros apertos ⁊ vbi possit intrare aer · per
cuius submixtionem posset super aque
superficiem eleuari (vt dicit idem alui ·) fo
lia etiam ideo habet diu virentia que ō
facili non cadunt ⁊ nisi paulatiz · ⁊ vno ca
us ſn naribus ſnſtillatus ſ caput purgat
et dolorem eius mitigat·ſuccus eius cuz
oleo tepidus ſ auribus immiſſus ſptra ſuz
ditatem iuuat· Item idem hedera ex cō
trarijs eſt compoſita· z ideo ſn cauſis cō
trarijs opatur·ꝓpter quod virtutem ha-
bet maturatiuam/attractiuam/mundi-
ficatiuam/z mitigatiuaz·z apponi ſepi⁹
ſolent eius folia ad coctiuas· eius gūmi
diuerticū eſt z diſſolutiuum· valet cōtra
calculum·eius folijs nutritus bircus ſā-
guinem habet acutiorem· z ad frangen-
dum calculum ſn renibus z veſica fortio
rem·Eſt aūt quedam ſpecies hedere ſup
cuius folia cadit ros z muſcatur acī la
donum cōmutatur· cuius virtus magna
a medicis experitur·nam fumus ei⁹ mē-
ſtrua prouocat z educit /ſecundinas ex-
pellit/reuma cōpeſcit/caput z ſenſus cō
fortat/tuſſientes iuuat/z fluxuz vētris ſe-
dat·z ſn multis medicinis adhibet vtili
ter·vt d·diaſcorides·

De elitropio

Elitropium eſt herba ſic dicta
eo ꝙ ſolſtitio eſtiuo floreat·vl
quia ſolis motibus folia cir-
cumacta cōuertat· Vnde a la
tinis ſolſequium appellatur(vt dicit Iſi
dorus li·xvij·) nam ſole oriēte flores ſu
os aperit ſz cuz ſol occubuerit ſiterū ſe re
cludit·z hec verrucaria dicitur ſeo ꝙ erti
gat verrucas z abſtergat ſiue potet ſiue
cathaplaſmetur(vt dicit Iſid·)ſecunduz
autem platea·ſolſequium ſolis ſpōſa di
citur·z eſt herba frigida z humida ſn ſe
cundo gradu ſcui⁹ ſuccus bibit⁹ ſvalet cō
tra venenum ſumptuz ſnterius·valet et
iam cōtra morſum caninuz z venenoſuz ſ
ſi trita ſuper vulnus ponatur/cōtra cale
factionem epatis z opilationem multuz
iuuat z valet·

De eleboro

Elebor⁹ (vt dicit Iſido·)ab
eleboro fumo ſic dicit vbi plu
rimuz gignitur·hunc romani
veratruz dicunt ſeo ꝙ ſumptū
mentem motam ſn ſanitatē reducit·cui⁹
duo ſunt genera ſcilicet album z nigruz
albus dicitur elebor⁹ ſquia radices ha
bet albas ſz albos z flegmaticos humo-
res purgat·niger vero nigras radices ha
bet ſz nigros humores ſcilicet melancoli
cos purgat ſiue mundat·Eſt autē ſecun-
dum diaſco·z alios auctores herba mul
tum violenta ſn virtute z recipienda me
dicinaliter cum cautela·multuz eſt ledit
et cito interficit quādo ſndiſcrete aliqui-
bus adhibetur·valet tamē cōtra nſtos
morbos ſſi debito exhibetur modo(vt d·
dia·qa quartanas febres ſoluit/vermes
ſn auribus z alias ſnterficit/epilenticus
et lutargicis ſubuenit/eius puluis ſi cum
pane miſceatur ſz a muribus comedat ſ
mures ſnterficit(vt d·diaſco·z etiā pla-
teari·)Inter omnes autem huius herbe
duas ſpecies melior eſt elebor⁹ alb⁹ et
eſt calide z ſicce cōplexionis ſn tercio gra
du z creſcit ſn locis montanis z humidis
et habet folia ſimilia plantagini·ſed lō-
giora z ſn ſine acutiora z ſtipitem vnius
cubiti ſiue magis·cuius radix laxat mul
tum ſupius z ſnferius· z nūquam debe-
mus elebor⁹ vti ſniſi materia fuerit dige
ſta ꝑius z ꝑepata·z tūc etiaz cū caute-
la·z ideo Ypocras di· ſi velis elebor⁹
ducere moue corpus ſne ſcilicz ſumēs ele-
bor⁹ ſemp dormiat·z bēt virtutē reſol
uendi humidū ſn ventoſitatē·vnde ſeq-
tur ſuffocatio ſpirituū z morſ(vt d·dia·
et pla·)Elebor⁹ autem niger multum
periculoſior eſt·

De eſula

Eſula quedaz arbor eſt que a
medicis calida dicitur ſn ter-
cio gradu atq; ſicca(vt dicit dia
ſcori·)cui⁹ radix maxime va-
let ſn medicinis ſcuius multe ſunt ſpeci-
es·z illarum virtus nunc eſt ſn lacte z ſ
humore ſnunc ſn ſemine ſnunc ſn radice
vnō dicitur·Lac anabula parat cacapu
tia ſemine gaudet· Eſula radicis cortice
preſtat opem·Eſt enim eſula herba pla-
na habens folia z rupta emittit lacteuz
humorem qui quidem eſt vlceratiuus z
carnis ſiue cutis corroſiuus·flegmaticos
purgat humores·etiā valet hidropicis z

De arboribus et plantis

alijs patientibus ex humore flegmatico varias passiones.

De eruca

ERuca est herba alba domesti ca. aliquando siluestris cali da z humida diuretica z api tiua. renes cōfortat/ paralisiz curat/ vrinaz puocat/ vesicā z renes pur gat/ vtilis ē in cibo z in medicina/ flores eius apes diligunt z frequentant. vt d. plinius.

De eula

EVula est herba cuius mane ries est dupler scilicet ortula na z cāpana que maioris ē ef ficacie in radice. naz radix de bet colligi in principio estatis z in sole ex siccari. ne ex humiditate corrūpatur. vir tutem habet leniendi /mundificandi/ et neruos cōfortandi/ z viscosam humidita tem cōsumendi. valet mirabiliter in fri gida tam cōtra tussim z spiritualiū mē brorum frigidas passiones. vnde scriptū est in marco. Eula campana reddit p cordia sana.

De epithimo.

EPithimum est flos thimi q ē herba cuius tota virtus i flo re ē. nā solus flos ponit in me dicina(vt d. diasco. pli. z pla tea.) virtutē habet purgandi flegmati cas vel melancolicas passiones. vnd va let cōtra quartanas z etiā quotidianas accessiones. valet etiā scōm Cōstan. con tra stranguriam z difficultatez vrinan di z etiā cōtra splenis z epatis opilatōz.

De ebulo

EBulus est fructus siue herba in foliis z in stipite sambuco quidē arbori similima. cuius radicis cortices frondes z flo res sunt vtiles in medicina. habet etiam scōm dia. z plini. virtutez dissoluendi z cōsumendi grossum flegma z viscosum. Vnde succus ebuli valet cōtra arteticaz et cōtractionem neruorum manuū atq; pedū. valet etiā p leucoflegmantiam id ē hidropisim ex flegmatica causa atq; fri gida siue alba. valet etiam contra tume res z collectiones intercutaneas vbicūq; in corpore colligantur. Itez valet ma xime cōtra concussiones corporis atq; ca sus. si patiens in eius decoctione frequē tius foueatur. nam dolorem mitigat /tu morem sedat/ virtutem z robur neruis et iuncturis ossium administrat. odore q dem ē ebulus herba fetida z sapore mi grata. sed in virtute z efficacia ab antiqs medicis optima ad medicandum est a pud veteres iudicata. vt dicit plini. dia scorides z platea.

De fico

AFicus est arbor a fecunditate dicta. aliqs enim arboribus fe cūdior est. naz ter quaterq; p singulos annos fructū gignit atq; altero matureſcente oritur alter sta tim. Ficus autem egyptia fecundior fer tur. cuius lignum in aqua missum ilico merguur z cuz in limo aliquādiu iacue rit. deinde in superficiem sursum eleuat uersa vice nature. quoniam madefactuz debuit humoris pondere residere. Tem pore vero pictagore alebantur ficubus galate anteq; idem ad eos carnis vsum que fortior est cibus transtulisset. a seni bus autez in cibo sumpte ficus rugas eo rum distendere feruntur. tauros quoq; ferocissimos ad fici arboris colligatos di cunt repente mansuescere. Ficus autez cu iusdam arboris remedio que dicitur ca prificus(vt asserunt) fecundat (hucusq; Ysido. libro xvij. capō septimo) Secun dum aristoti. libro vegetabiliuz. humor corticis arboris qui est quasi sanguis in animalibus. in quibusdam est lacteus. vt in ficu z in moro. sed fici lac habet vi coaguli ad faciēdos caseos sicut flos car dicasealis. Est autem eius humor mul tum vnctuosus. z ideo ficus est multe fe cunditatis. quod enim est vnctuosum. tzā sit in fructum. z quod subtile z aquosuz in folia transmutatur. que quidem sunt lata z scissa. z in extremitatibus pirica et acuta. quorum lacte siue succo mem bra genitalia plinita dicunt moueri ad prurītum z libidinis incendium. Simi le enim est super Geneſis tercio. scilicet

de la higuera

Cabra higo

ubi fecerũt sibi de foliis ficuũ perizomata· cõtingit aũt ficũ arborem (vt d· ari·) sterilescere aliquando ꝓpter bũoris defectum/aliquando ꝓpter supfluã humiditatis habundantiã· z in vtroq; casu indiget medicina· vnde agricole ei subueniunt in defectu humoris ꝑ fimũ cõuenientem z aquã dulcẽ· quãdo vero suphabũdat humor arborẽ clauis pforant· z supfluum humorem euacuãt· sicut supra de arborum medicina est ostensum· De fico aũt arbore siue ficu d· plin· li· xvij· c· viij· omnia que supra sunt de Isidoro introducta· ficus inquit egyptia est arbor fecundissima mora similis in magnitudine z in foliis z in aspectu· quater in estate pfert fructum· sed primũ generat imaturũ cui similis ẽ ficus cyria que quater germinat z fructus quaternos facit siue parit· sed grossus eius non matureſcit· misi prius incidatur· z lactis supfluitas emittetur· z emittit germina sua sine foliis i extremitate ramorũ· z habz similitudinez in radice cũ populo z in foliis in extremitate cũ vlmo z est in quantitate fabe fructꝰ magnitudo· Est aũt ficus tenera arbor z debilitata· z ideo a forti frigore de facili leditur z potissime quando incipit germinare· Item idẽ plin· li· xvij· c· vi· est ficus indica exilia quedam ferens poma vastis ramis; transfusa· qui rami in terra adeo incuruantur pondere suo q; terre infiguntur· z sic nouam progeniem faciunt in circuitu circa parentez vel circa stipitem z tandem facũt umbrã z densitatem q; pastores sub eis ramis ab estu et a vẽto se abscõdunt· Supiores autez rami matris in altum valde se extendũt collaterales ño vasto circuitu iuxta matrem se extendunt· z quasi siluosa multitudine umbram magnã facit· folia aũt sunt latissima ad modum pelte amonite dispolita· poma aũt facit multa sed modica que fabe magnitudinez vix excedũt sed inter folia caloze solis ita decoquuntur q; pre dulci sapore ad comedendum digna miraculo reputant· ad hoc di· plinii· xv· c· xix· q; est quedam arbor que dicitur siluestris ficus que in alio nomine dicitur caprificus nunquam matureſcens sed quod ipsa ex se non habz aliis tribuit· nam cultores solent aperire ora radicum vel corticis arboris ficus· z ibi intus infigere surculos z ramos caprifici ex q̃ tum insertione apta radice attracto agre nouo z humore ei cõgruo vigorem recipit z virtutem· vnde z humor lacteus q̃ est materia fructus i ipsius transit pastum· sicut supra patet in dictis almuri· in tractatu de causa fructificatõis arborum z herbarum· z ideo dicit q; tales arbores debent taliter iuxta fructiferas orari vt venti flatus euolantis i ipam ficum ferant· ad hoc vtilior ẽ ventus australis q̃ aquilonaris· qa simpliciter plꝰ nocet illic ventus borealis ficui q̃ australis· quare in aquilonari parte minus pficiũt fici z plus arescũt· quia eorũ humor lacteus facilime cõsumitur· z etiam congelat vbi habet dominiuz talis ventus· De effectu aũt fici vel ficoꝝ quo ad radicem/foliũ/corticẽ/z fructuz· quere supra in tractatu d caruca in littera· L· vbi expressius cõtinetur·

De fraxino

Fraxinus ẽ arbor (vt d· Isi·) crescẽs in locis asperis z montanis· ex qua fiunt haste que frangunt· Vnde oui· z fraxi vtilis hastis· De fraxino aũt di· plini· li· xvij· c· xij· Inter arbores quas materie causa natura genuit vtilis ẽ fraxinus q̃ est recta arbor alta seu pcera z rotunda atq; recta siue pmeata folio· que hominũ precomio achillis hasta vocata est cedro in aliquibus partibus ita similis est vt cortice ablata ementes fallit· cuius folia cõtra venenũ sunt vtilia· nam succo exprsso z potui dato cõtra serpentes sume operum est· tanta q; ei vis ẽ vt serpẽtes ei umbram matutinã vel vesptinam ñ attingant· q; si inter ignẽ z folia fraxini patur serpẽs· in ignem potius q̃ in fraxinum fugiet· Sunt tamẽ folia eius inimitis mortifera in grecia· ceteris aũt ruminantibus sunt innocua· In italia vero iumentis non obsunt· prius autez floret q̃ frondeat· nec ante florez cõditos folia

dimittit. Sunt autem duo genera vt dicunt greci. quedam est longa nō nodosa alia breuior est in foliis ac durior lauro similis. Alij vero diuidunt fraxinum secundum situm. s. in cāpestrem et in mōtanam. campestris folia sunt magis crispa. sed montane magis spissa. et folia illa aliis sunt meliora (ducusq; plinius) Secundum pla. autem fraxmus est arbor calida et sicca in secūdo gradu. cuius cortices et folia cum amiso et fungis qui crescunt super eam competunt medicine nam fluxuz ventris stringunt. vomitum ex defectu virtutis retentiue cohibent si cum aqua fluuiali et aceto decoquant et super stomachum apponātur.

De fago.

Fagus est arbor cuius materia in multis ē necessaria. sed vt dicit ysidorus li. xvij. et plinius li. xvi. fagus est arbor glandifera sic dicta. quia fagorū fructibus quōdam vixerūt homines. et ex eis sumpserunt cibum. Nam fagin grece comedere dicitur latine (vt d. Jsi. li. xvij.) Plinius li. xvi. dicit sic. fagi glans exterius triangula cute leui includit similis nucleo. sz cortice molliori cuius medulla muribus ē accepta. et glires impinguat tardis etiam columbis cōuenit et eas nutrit. eius cortex multum est vtilis. maxime apud aquilonares pictos qui inde faciunt vasa diuersis vsibus valde apta. vt d. idez ex. Idem dicit in eodez q glandes siue fructus fagi multum sunt dulces et nutribiles et carnes animaliū que inde nutriuntur facit coctibiles subito vtiles atq; leues. nam ē arbor multuz solida. sed rara potius et pozosa. et ideo nō multū durat (vt d. idem) verumtam eius substantia multis ē apta ad asseres et multa fabricāda. cuius substantia pura a vermibus nō corrosa arti vitree sume est necessaria. quia ex eius cinere vitrū cum aliorum quorundam appositione p ignis cōflagrationem artificialiter preparatur et pauca ligna inueniunt que operi tā mirabili sint per omnia ita apta. lignum quidem leue ē ac pozosum (vt d. plinius et aliquantuluz gūmosuz in multis locis. et ideo de facili miscitur et ō facili corrodit a vermibus aut cōputrescit. flores etiam quosdam emittit ad modū tilie sz non ita odoriferos et tū illos frequentāt apes mel siluestre in concauitatibus arborum colligentes.

De faba

Faba vt d. Jsi. li. xvij. dicit a greca etimologia. q. faga. nā fagin comedere dicit. Est enim genus ligumini quo antiqui in comedendo solebāt vti. Duo spēs due sunt quaz altera ē egyptia. altera ē cōis et illa aliqū dicit fresa. eo q; homines fredāt molendo sepius ac cōfringāt. vt d. ibi. Est aūt faba in dia. hba in ortis et agris seīata. cui⁹ basta surgit angulosa. grossa et nodosa. foliū vel folia in singulis nodis producens lata. plana. et aliquantuluz obacuta. flozē producit album in sūmitate purpureū siue nigrū. odorifez. et multuz ab apibus frequentatū. In basta autē producit diuersas bastas carnosas et oblōgas que interi⁹ quasi sub diuersis domiculis ab inuicē sūt distincte in quibus fabe p ordiez sunt locate. et ille tecte primo sunt viridis exteri⁹ interi⁹ ro. albe atq; molles. et paulatī caloze desiccante indurescūt. et tandē pariter cōmigrescūt. et hoc maturitatis indiciū ē. Est aūt faba secūdum dia. et pla. frigida et sicca. nisi sit viridis. et tūc ē humida in primo gradu que viridis comesta paz nutrit. būores grossos generat. inflatōez in superiori gte vētris facit. et ideo stomacho ē nociua. sanguinē grossum et melancolicū creat. et fumum grossum q cerebrum offendit. somnia vana et terribilia inducit. p decoctionem et assaturā eius vētositas inflatiua diminuit. sed totaliter non aufert. fabis siquidē assidue vtētes dolorē intestinoz patiunt. splenē opilāt. ventrem stringūt cū cortice comeste ad digerendū sunt dure. sed multum inflatiue. Est tū fabe mendula mūdificatiua. vñ eius colatura faciem purgat. et potata pulmonē mūdificat. apostemata mamillaz curat cuz rosis mixta. dolorem et liuorem oculorum

lippitudinem abstergit masticata z tim-
poribus apposita humores ad oculos reu
matizantes cōpescit· scissa z sup venam
miscissam posita sanguinez restringit· lac
effluens de mamillis sistit z effluere nō
permittit· podagricis z arteticis cū adi
pe ouis cocta subuenit si sup dolozis lo
cū cataplasmetur· tumozes z collectiones
apostematū repercutit si in principio de
cocta in aceto tumozi apponatur· De fa-
be aūt matura d· plin· li· xviij· c· xij· In-
ter legumina faba dicitur optima quaz
multi miscent cū pane siue cuz materia
panis· vt sic panis pōderosioz esse videa
tur· pictagozica tamen sententia damna
ta ē· quare eius frequēs vsus ebetare di
citur sen⁹· z somnia etiā facere estimat·
vel vt alij tradiderūt quoniā mozтuozum
animę sunt in ea· qua de causa varzo tra
didit flāmem· s· pontificē faba vesci non
debere· sola aūt inter fruges etiaz exasa
crescente luna crescit z replet· z in aqua
marina siue alias salsa nō decoquitur·
seritur siue seminat in occasu pliadum z
ante hiemē· quādo est in floze aquas ma
xime cōcupiscit· cum vero efflozuerit dili
git siccitatem· z solum siue terram in
qua seminata ē fecundat stercozis vice·
et ideo in tessalia vertuntur agri in qui
bus fabe seminate fuerant qm primitus
sunt in floze· Crescit autē faba p se in mul
tis locis z maxime in mauritanea z in
insulis occeani septētrionalis· sed ita du
ra est q vix decoqui pōt· Nascitur etiaz
in egypto sed spinosa· z ideo cocodrilli eā
refugiunt· timentes ne oculi eozum ledā-
tur spinis eius cuius longitudo est· x· cu-
bitoz· habens caput ad modum papa-
ueris· coloris rosei in quo fabe includun
tur non supza tricenas· z est eius culm⁹
siue calamus geniculatus habēs folia
ampla z scutum aliquātulum subama
tuz· radix ei⁹ est comestibilis cruda z co
cta in magnitudine arundinū similis ra
dicibus (bucusq; pli· li· xviij· c· xij·) Sed in
c· xvij· d· idem· virgilius inquit mitto z a
murca fabam pscindentibus· z sic eā grā
descere permittit· quidā etiā dicunt fabas
citi⁹ crescere z adolescere si triduo ante
q̄ seminantur in vrine aqua maturent-
bucusq; plinius·

De frumento

Frumentum a fruendo est di
ctum id ē a vescendo sicut z fru
ges (vt d· Isidor·) vnū frumē
superior pars gule dicitur vnde
pot issime cibi sapor presentatur· Est au
tem primum frumēti habere aristas in su
mitate spicarum crescētes z grana iacen
tia in folliculis immmētes· Maz in omni
specie frumenti de radice erumpit culm⁹
et de culmo pcedit spica quibusdam fol-
liculis siue testis cōtexta in quibus gra-
na recluduntur· In extremo autem spi-
ce ariste tenues z acute immmēt in mo-
dum spiculi a quibus spica nominatur·
quia illis aristis quasi spiculis munitur ne auium mmoz morsibus spica a su
is fructibus exuatur· aut a bestijs terat·
cuius folia siue vagine q̄b⁹ fulcit culm⁹ z
ambitur ne pondere frugis incurueꝫ di-
citur stipula quasi vsta ab vsto sic dicta·
quia collecta messe exuritur stipula pro-
pter agri cultura· cuius pars ad pastuz
animaliuz reservata· palea dicitur eo q
primum sola pascendis animalibus p̄-
beatur· cuius natura in tantum est frigi
da q obzutas mues fluere non sinat z a-
deo calida vt poma matureſcere cōpel-
lat (bucusq; Isidor· li· xvij·) Sunt autem
frumenti multi genera· vt d· idem Isi-
et etiā pli· li· xviij· vt puta triticū/ far/ oz-
deum/ siligo/ panicum/ z milium/ z hu-
iusmodi· de quibus post dicetur· sed hoc
ē generale· Circa hec frumenta etiā attē
dēda ē soli siue terre qualitas vbi hec se
rantur· nā quedā in vna terra proficiūt·
que in alia deficiunt z penitus marescūt
nam ozdeum in noualibus proficit vbi
triticum deficit z arescit (vt d· plin·) et
sic de alijs est intelligendum· Item attē
ditur seminationis qualitas· quia que-
dam citius· quedam tardius sunt semi-
nanda· Nam citius semina hiemalia·
tardius estiualia· quedam etiam in ter-
ra profundius· quedam superficialibus
sunt terre finibus cōmittenda· vnde alio
modo est seminandum triticū· z alio m⁹

far ſicut et alio tempore gith milium et cimmum ſicut expreſſe dicit Jero. ſuper Iſai. xxviij. Item maxime attenditur cō gruitas temporis tam in ſemīando q̄m in colligendo. quia ſecundū pli. li. xviij. hoc vtiliuſ fit interlunio q̄m tempore alio quia tunc ſemīna ſic collecta potiſſime a vicijs ꝓſeruātur. Item attenditur tem poris ſerenitas. vt dicit Iſidorus ſerere eſt a ſereno celo dicitur. quia tunc ſeren dum eſt z nō per imbres. vnde virgilius. mundus ſerendus meorum. Et quia (vt dicit pli. ibidem. c. xvij.) accidit frumēto vitiū. quia ſi tempus fuerit nimis vētoſum z hoc trib⁹ vicibus ſeu temporibus ſcilicet quando eſt in floze. z quando in cipit deflozere z quando incipit matureſcere. ex flato enim noxio ſpica euaneſcit z exlanitur z de fructu ſuo patitur abor tiuum. Item nocet tempus pluuioſum nimis quia tunc totum vel extinguitur ex frigiditate humoris. vel in herbam z folium ſuperfluum luxuriatur. Item no cet calor ſubitus z īmoderatuſ ſub nube clauſus. quia dum būor ad interiora ra dicis rapit vi caloris tunc ex humore ca lido z viſcoſo naſcuntur quidā vermiculi circa radicē ex quoꝝ corroſitate fruges herbe viciat. Item in grano circa folliculos naſcuntur vermiculi corrumpentes frumenti granū q̄n ſpice in pluuiali tempe poſt calorem īmoderatū corrumpuntur. Item in tempe nimis ſicco depau peratur frumentum ex humore z ſic pe rit ꝓpter defectū nutrimenti. vel creſcūt in eo quedam muſce viridis que vocan tur cantarides. virorem frumēti penitus corrodentes. quādoq̄ etiā multiplicant locuſte z bruci. quoꝝ dente omnia deua ſtantur. Item exigitur in ipſo ſemīe fru mentali puritas. nam vt d. pli. idem. c. xvij. ſi ſemīna cleopite aut aripe tange rentur vtiq̄ ſemīna corrūperent. z ideo cauendū eſt ſūmoope ne talibus muſce antur quia omnia ſemīnatiua que ab il lis ſunt infecta corrumpunt. Item req̄ tur in creſcente frumēto culture ſtudioſi tas. oportet eū vt a ſuperfluis cautius et diligentius expurgetur. nam vt dicit ibi dem. Inter omnia framenta aliq̄ herba mortifera inuenitur. vt lolium lappatiū et huiuſmodi. qō accidit ex vicio z malicia attracti humoris vel ex defectu virtutis ſeu caloris ſufficienter ſingula non mutantis. Item ibidem dicit. ex roze corrupto adherēte folliculis in granis accidit corruptio frugis que dicit rubigo. q̄a ſpica inde corrūpitur z marcitur z in colorem rubigineum tranſmutatur. Inter omnia aūt frumenti genera triticum obtinet principatum. quia humane nature nihil eſt amicabilius. nihil nutribilius. nihil etiā ſalubrius inuenitur. ſed d̄ hoc quere infra ſub littera S. quere etiaz de meſſe z ſegete.

De Farre

Far aūt eſt genus frumenti ſic dictum. eo q̄ ab initio miſſuz in pila frangeret ante q̄m vſus mole haberetur. a farre autez dicitur farrago (vt d. Iſido) Eſt em herba ordeacea adhuc viridis i qua grana ad maturitatem non torgeſcunt.

De Farina

Farina que panis eſt materia a farre eſt dicta. Naz far ſiue frumentū inter molas fractū farinā facit. vel dicitur a farriendo. quia in panem redacta farrit vē trem. vel dicit farina ꝓprie quādo frumē tum inter molas optime eſt cōfractū fur fure nondū a medulle ſubſtātia ſepato. nam quando flos medulle ſepat a furfure ſiue cortice. tūc ſimilia vel ſimilago nū cupatur. Dicit alio nomīe polen ſiue po lis. vnde deriuat hec polenta z hoc pui mentum a pulte dictum (vt d. Iſi. li. xx. c. vij) quidā tamē dicunt polētā eſſe pul tes de farina purgatiſſima factas. et di ctam polentam a polme quod eſt farīa delicata que volat a mola in molendio et alio nomīne amoluz dicitur. quia pre ſui leuitate a mola eicitur ſicut z ſimila id ē ſine mola. Polenta tamen alias ha bet ſignificationes. vt dicitur in glo. ſup Joſue. v. comedunt polentam eiuſdem anni. grana ſcilicet cocta z manibus con fricata z a folliculis ſepata ad modum

grani ⁊ pilo tunsi· ⁊ scõm hoc dicitur polẽta quasi pilenta· Sed quocũq; nomine vocetur farina vtilis est cibo ⁊ in medicina· Inde em̃ fit panis per aque admixtionem ⁊ ignis decoctionem· aliquando cibanꝰ· i· puisin cibus datus non delicatus· quandoq; vero panis fermentatus fermento mixtus· quandoq; etiam azimus sine fermento· cinereus siue sinerꝰ· quandoq; subcinericꝰ in cinere coctꝰ ⁊ reuersatus qui ⁊ focarius dicitur· quãdoq; clibanarius in clibano coctus siue in furnobus ⁊ multis aliis modis ō farina arte pistoria fiunt panes (vt d· Isido· libꝰ· xx) qui omnes cor hominis cõfortant et cor nutriunt ac delectant· deperdita reparant ⁊ restaurant· vires laborantibꝰ administrant· sed pre omnibus panis recens et mundus· de farina triticea preparatus (vt d· Constan· in die·) magis amicabilis ⁊ cõueniens est nature· Farina itaq; mola teritur ⁊ frangitur· crebro a furfure diuiditur· calida aqua aspergitur fermentatur ⁊ sapidior redditur· et pistata in formam panis redigitur· ⁊ tãdem decoquit· ⁊ sic vltimo post multos labores vita hominis inde reficit ⁊ nutritur· Vtilis est insuper farina in medicina quando cum aliis cõuenientibus debito modo admiscetur· nam farina cum melle mixta facit pustulas sanat ⁊ emẽdat (vt d· diasco·) mamille ex coagulatione lactis indurate apposita farina triticea vel siliginea cum adipe ⁊ vino decocta duriciem spergit ⁊ locum mollificat vt di· idẽ· collectiones ⁊ apostemata maturat· nezuos induratos ⁊ quasi spasmaticos aut cõtractos relaxat (vt d· idem·

De Fermento

Fermentum a feruore ẽ dictuz quia feruere ⁊ excrescere facit pastam (vt d· Isido· li· xx· c· i· Est aũt fermentuz cõpositum ex diuersis virtutibus similez habẽs substantiam ⁊ virtutem· ⁊ ideo virtutẽ hẽt pasti elenatuã ⁊ sui acetositate saporis ipius paste siue panis munitiuã· ⁊ in ipsius similitudinez totius masse cui admiscetur conuersiuam· habet etiam secundum diasco· virtutem humoꝝ extractiuã et qñ admiscetur cũ sale habet vim apostematũ maturatiuã ⁊ aperitiuam· nã poros corpis aperit subtilitate sue substantie ⁊ humores dissoluit· fermentũ autez latine zima dicitur grece· vnde farina pura cõspersione aque cõglutinata dicitur azima quasi sine zima· ⁊ est zima inflatiua/ corruptiua/ perforatiua/ ⁊ diuisiua partiuz panis siue paste· cui cõmiscetur· vt dicitur super epistolam· primo Corin the· quinto·

De Fumo terre

Fumus terre est quedã herba calida in pmo gradu ⁊ sic appellata· quia vt fumus i multa quantitate emittit ō terra· vel sic dicit quia generatur a quadaz fumositate grossa a terra resoluta ⁊ circa terre superficiem adherente (vt dicitur in platea) que quanto viridior· tanto melior· exsiccata vero nullius est efficacie· et ẽ grauis odoris ⁊ horribilis saporis· maxime tamen est virtutis· purgat em̃ melancoliam· fleuma ⁊ coleram· valet contra scabiem ⁊ cõtra hidropisim ex frigida causa· iuuat podagricos· ⁊ valet contra splenis ⁊ epatis opilationem· vnum tamen vicium habet ista herba quia inflatiua est ⁊ ventositatis generatiua· et ideo eius ventositas debet reprimi cum anisso ⁊ cum feniculo ne generet corrosiones (vt d· platea·

De Feniculo

Feniculꝰ est herba communis multe tamen efficacie ⁊ virtutis· Est em̃ herba calida ⁊ sica in secũdo gradu· virtutem habet diureticam ⁊ aperitiuam salicz et insicciuam· ex subtili substantia ⁊ qualitatibus suis (vt d· platea) cuius semina radix ⁊ folia appetunt medicine· vnde isti· li· xvij· c· vltimo· feniculum latini vocant eo q eius tirsi siue radicis succus acuat visum oculoꝝ in· Cuius virtus esse traditur vt serpentes annuam senectutez eius gustu deponant· hanc etiam herbam greci maratrum vocant· Istud autez sumit Isi· ex certis dictis pli· li· xx· c· xxiij·

feniculum inquit nobilitauerunt serpentes qui gustu eius senectutē exuunt: oculorumq; aciem ipsius succo reparant. vnde etiam intellectum dant homini: caliginem eo precipue reuelari: vnde ex eius succo fit collirium contra caliginem oculorum valde aptum. ¶Huius duplex ē species. s. ortensis et siluestris. cuius semen cum vino potatum contra morsus serpentum et ictus scorpionum valet. succus eius auribus instillatus vermes necat ac stomachum stringit et corroborat. nauseam sedat: calculum frangit et vrinam excitat. lac in mamillis multiplicat. radix eius renes purgat cum vino cocta ydropicos curat. canis morsum sanat. ¶Decoctio facit feniculus ortēsis. sed forti⁹ operatur hec eadem ipomaratrum scilicet feniculus agrestis. vt dicat dia.

¶De ¶Ferula

Ferula est herba cuius succ⁹ dicitur galbanum (vt di. Ysidoli. xvij.) de quo fit mentio Ecclesia. xxiij. vbi dicitur q̄ scorar et galbanum tē. vbi d. glo. galbanū scōm pli. dat syria in monte quodaz vbi habundat ferula a qua fluit resine modo. Dicit aūt plin. li. xx. c. xxvij. ferule semen ē aneto simile: cui⁹ folia et rami cocti cū oleo et comesti cum melle stomacho cōueniunt. sed si nimis comedunt: dolorem capitis faciūt. cuius radix bibita ad pondus denarij in duob⁹ ciatis vini: valet cōtra serpentum morsiones. succus ei⁹ magnitudine fabe deuoratus aluum soluit. cuius medulla viridis immundicias facit tollit. semē eius in vino bibitum sanguinē sistit. patientibus caducū morbum subuenit. Omnis aūt species ferularum muremis infestissima est. nam eius lacte statim moriunt. succus eius confert claritati oculorum (bucusq; plin.

¶De ¶Feno

Fenum est dictum ex hoc q̄ ex eo flāma nutritur. flos enim flāma est (vt d. Ysi. li. xvij.) omnis em herba mollis p̄cisa sicca fenū dici potest: et maxime que fetibus animaliū apta est nutriendis. Nam fenum abus est p̄cie iumentorum. De feno aūt d. glo. super Isa. ix. fenum nascēdo habet virorem: et crescendo decorem. deinde florem: tandez calore solis siccatū redigitur in puluerez. sicut et homo p etatum successiones decorē amittit ac cadit in puluerez et in mortē. fenū itaq; q̄ diu viret et frondet montes et prata vestit et ornat. et tam florum diuersitate: q̄ etiaz viroris venustate ad sui aspectum intuentium oculos allicit/reficit/et delectat: propter substantie sue raritatez. feruente sole eius humiditas de facili cōsumitur. et herba que primo florendo quasi ridere videbat tanq̄ a sua gloria spoliata penitus inuenitur. Nam fenum quod hodie oritur et virescit: cras moritur et in dibanum mittitur: quia quasi subito defecit et arescit. sicut de imperio p similitudinē dicitur in psal. ¶Fiant sicut fenum tectorum quod pri. qui. vbi di. glo. quanto fenum altius stat et minus profunde in terius deprimit radicē: tanto minus cresc: immo citius deficit et arescit. fenum itaq; falcastro postq̄ contaminatum fuerit: vt melius exsuccetur soli exponitur: et ne ex humoris superfluitate circa terram computrescat: furcis et rastris sepi⁹ releuatur. tandem in cumulos et in acernos plurimos recolligitur. et in vltimo in plaustris et vehiculis ad horrea deportatur. et ibi ad diuersos vsus necessarios reseruatur. fena aūt nascētia in locis aliquantuluz montuosis mediocriter siccis magis sunt odorifera et animalib⁹ magis sapida: q̄ illa q̄ crescūt in pratis palustribus et aquosis (vt d. plin.) quia in illis humor nutrimentalis magis est digestus: in illis vero minus.

¶De ¶Flagella

Flagella dicuntur sūme arborum et vitū partes ab eo q̄ sustinent ventorum flatus (vt dicit Ysido. li. xvij.) quorum comas aliqui crines vocant. aliqui folia: et dicuntur folia quasi fila. Nam foliuz grece filum dicitur latine. et ideo q̄ in foliis sunt quedam venule in eorum substantia ad modum filorum protense. et ideo

translatiue dicuntur folia apud nos qua si fila · nodi autez ex quibus exeunt frondes siue folia de virgulis z flagellis ortu nuncupant · Nam humor aquosus subtilis parum habens vnctuositatis ad ramos a radice attractus vi calozis eleuat in diuersis locis z acumine suo penetrat ad exterius / ac ibi quasi per oculos exiens vi interioris calozis z aeris exteriozis transmutatur in substantiam foliorum (vt d · cõmẽta · sup li · vegetabilium aristo · z scõm qualitatem humoris dominantis z fortitudinem vel debilitatẽ calozis humozem digerentis folia in qualitate z figura multiformiter variantur · vt patet supra eodem · vbi agit de diuersitate arborum quo ad figuram variam foliorum · Quere supra in eodez .A. Folia itaq; ornant arborem z muniunt tenellos flores z fructus ne a ventis caumatibus aut pluuijs iniurijz patiantur · grãdinum impetus z ventorum impulsus z imbriũ ictus intercipit z repellit folium sicut scutum · ꝓpter substantie sue raritatem z tenuitatem / modico vento mouentur / sed de facili tamen non cadunt ꝓpter adherentem habundantiam humoris donec fructus latitates sub foliis maturescant · vnde in vere z in estate virẽt et in autumno pallent · z sic cõtra hiemẽ paulatim cõcidunt / z tandem in terra cadentia cõputrescunt · multum insuper cõueniunt folia medicine · multis etiã animantibus sunt in cibum · sicut folia bedere que ab bedis maxime diliguntur · vt d · Isi · Alias ꝓprietates foliorũ q̃re supra in littera eo · li · xvi ·

Flores vt dicit Isido · li · xvii · dicuntur quasi fluores eo q̃ cito defluunt z soluuntur · In hiis tamen multipler est differentia scilicz odoris / saporis / coloris / z leuitatis / z virtutis · nam odore recreãt z delectant spiritum · sapore immutant gustũ · colore alliciũt visum · leuitate demulcent tactum · virtutem habent multiplicez · sanant morbuz · zephiro generantur austro dissoluuntur (vt ibidem d · Isido) arbores z herbas campos ortos z siluã pulchritudine sua decorant z ornant · dulcedine quam cõcipiunt ex celesti rore mel administrant · z ideo apes flores mellificandi gratia visitant · quando z spẽ de fructu generant · nam flores semper fructum p̃cedunt z spem de subsequenti fructu relinquere pflueuerunt · de puro z vnctuoso medulle arboris humore originez cõtrahunt z erumpentes de stipite virge virgam non violant nec deflorant / sz potius ipam perficiunt mirabiliter z decorant · Itez flores in ortu solis se aperiũt sicut in occasu sepius sese claudunt · multi sunt qui ex paucitate humoris z liquiditate incalescẽte calore z humiditatez cõsumente deficiunt z arescunt · aliquando etiam flores ad solis faciem se cõuertunt · secundum ortum eius se aperiũt et processum se diffundunt · vt patet in elitropia que alio nomine dicitur solsequiũ et dicitur a multis cicorea · vt patet supra · Intempestiuus ortus floris signum est defectus z carentie fructus vlterius consequentis · Nam tales flores subito frigore vel etiam corrupto aere facilime corrumpuntur · vel si sunt nimis hiemales vel autumnales ad maturitatem debitam ꝓpter calozis defectum nullatenus producuntur (vt d · plini · li · xx · c · v) Inter alios flores prepone liliorum flores rosas z violas precipue ad coronas nobilium adornandas · de quibus postea est dicendum · Est flos campi flos specialis sic dictus · qa per se crescit in locis inculcatis nec fulcatis vomere / nec stercore impinguatis · vt d · idem · Est itaq; flosculus stipite quidem gracilis z modicus flore rubicundo z quasi colore sanguineo insignitus / cuius flores nec plus nec minus q̃ per quinq; folia cõmuniter distinguunt · cuius virtus centauree similis est · nõ tamen ex complexione sua tante est amaritudinis · quamuis minori centauree in foliis z in stipite multum similis videat · et etiam in multis medicinaliter non inferior ab antiquis sapientibus iudicetur Centaurea est herba amarissima · vnde et fel terre dicitur · cuius species est duplex maior z minor · habet ita cum qua-

dam amaritudine dulcedinem in radi-
ce cuius succus melle mixtus visum cla
rificat · iflaciones sedat · morsū venēnosos
curat · et contra antraces apostema mor-
tiferum iuuat · et venositatis siue malicie
reprimit et refrenat · z impedit ne mate
rie furiositas ad nobiliorū membrorum
intrinseca se diffundat · bucusq; plinius
vt supra ·

De fructu ·

Fructus a frumine nomen ac
cepit (vt dicit Isidorus quia
frumine id est eminētiori par
te gutturis vescimur (vt dicit
Isido · li · xvij) in de fruges dicimus · Fru-
ctus aūt proprie dicuntur arborum z agro
rum quibus vtendo fruimur quāuis abu
siue fetum animaliū fructus nuncupem⁹
aliquando · Est itaq; generaliter attēdē
dum q; pars arboris siue plante nobili-
or z vnctuosior tam in medulla q̄ in ra-
dice solet attrahi naturaliter a calore · vt
suo tempe precedēte flore z fructus origi
nem disponente inde fructus materia ge
neretur · humoris z caloris beneficio nu
triatur · foliorum cooperculo defenset · solis
et virtutis celestis influentia ad perfectum
deducatur · z tandem maturato fructu z
collecto · ad vsum z esum debitum assūa
tur · fructus aūt crudi z indigesti corpo-
ribus maxime puerorū z debiliū sunt no
civi z inflatiui · lumbricorum z aliorum
vermiū generatiui · humorum malorum
nutritiui · gustus naturalis corruptiui · vt
patet in mulieribus impregnatis q̄ ma-
xime desiderant fructus immaturatos ·
vt d · plin ·) sed fructus cōgrui z matura ·
tam medicine q̄ esui erunt apti · ita tamē
q; quilibet fructus quolibet modo debi-
to vtatur z potus cōgruus post fructus
vsum ordine subsequatur · vt in li · dicta ·
planius edocetur · fructus generaliter p̄-
mo sunt crudi / duri / indigesti / stiptici / pō
tici / vel amari · sed calore exteriori interi
orem cōfortante z humorem ponticum z
terrestrem dissoluente ac digerente · tan-
to dulciorem z cōuenientiorem saporem
accipiunt · quanto ad maturitatem perfe
ctam plus accedunt · Citius aūt accedūt
ad maturitatem · qui altius in ramorum
sūmitatibus crescunt z calori radiorum so-
larium directius se exponūt · Maturita
tis signum mutatio est coloris viridis z
terrestris in colorem palidum z ruben-
tem · z mutatio saporis insipidi / pontici /
aut acidi / in saporem suauem gustui at
q; dulcem · primo enim nascuntur fructꝰ vi
rides · sed quando tendūt ad maturitatē
vincente calore in substantia fructuum co
lorem mutant pariter z saporem · tanto
etiam sunt meliores z in substantia lari
ores · quāto relaxata vi caloris terrestri
duritia z dominante humiditate aquea
vel aerea maturitati sūt propinquiores
et ideo pbāt fructuū maturitas non solū
per visum quo ad colorem · nec solum per
gustum quo ad saporem · verum etiam p
tactum · quando cōpressi digito tactui ce-
dunt · z sensui offerunt substantiam mol
liorem (vt d · Isa · in die ·) Fructus autem
arborum crescentium in mōtibus puri
res / sapidiores / z etiam saniores sunt · q̄
illarum que in vallibus crescunt · z hoc
accidit propter dulcius / purius / z tempera
tius quod ibi scilicet in montibus nutri-
miunt nutrimentū (vt d · ari) vt patet su-
pra eo · querē de diuersitate arborū quo
ad fructus circa finem · Sunt aūt quidam
fructus primo dulces z sapidi sed post ef
ficiuntur pontici ac amari scilicet mira-
bolani (vt d · ari) tales fructus z si ñ fue
rint de se comestibiles sūt tñ cū aliis me
dicinales · fructus aūt dulces (vt d · isa ·)
in quatuor qualitatibus sunt temperati
ores / humidiores / calidiores / z ceteris nu
tribiliores · fructus vero frigidi z ponti-
ci duri sunt z stiptici ac oppilatiui siue cō
strictiui stomachi tamen pfortatiui z ap
petitus excitatiui · maxime si comesti fu
erint a ieiunis · sed post prandium sūpti
cōfortant stomachi orificiū · in vsum sum
pti · cōprimunt cibum sumptū ad inferio
ra · z sunt causa solutionis · z si fuerint a
cetosi fructus ex aquoso modico z terre-
stri cōpositi acumē colere extinguūt · sitī
mitigant · stomachum confortant · humo
res grossos z frigidos dissoluūt · diuidūt
non deponūt · dulces vero acuūt · eis vim

cōferentes penetrādi totuz corp⁹. Fruct⁹ mlipidi m quib⁹ domīat aquosa humi ditas ceteris mmus sunt laudabiles qa stomachū non iuuant: sed abhommatio= nem z fastidiū generant. fructus itaqz si bene maturati fuerīt: erūt sapozis bo= mi: odozis iocūdi: si non fuerūt putridi: ñ vermiculo si humoze vel cozrupto aere ñ infecti. z tales fruct⁹ m loco sicco z mū= do melius z diutius custodiunt: z maxi me si m feno vel palea cōtegant (vt dic pl.) Nam iuxta terrā z m loco humido citius cozrumpunt. Item fruct⁹ maturi citius cadūt de arboze qz non maturi: et facilius de nocte qz de die: quia noctur= no roze pfusi efficiunt ponderosi: z ideo ad casum magis pni. Dec de fructibus dicta sufficiant: quia multa de fructibus supza eo: m tractatu de arboribus m ge= nerali sunt dicta.

De Germine

Germen (vt d. Isido) ē pgnās surculus a gerēdo dictus vn de z germinatio. nam m ger= mine gignit humoz nutrimē= talis z ratio seminalis: etiam m eo vi get z opatur caloz naturalis. z quamuis sit modice quātitatis m substantia: ma xime tamē est virtutis z potentie m effi cacia. Nam virtus radicis trahit z trā= sit m substantiā germinis. z ideo herbe qz diu sunt i germine z viget m eis hu= moz transfusus a radice maxime cōuenī unt vsui medicine. Itaqz germē dicit qđ primo erumpit de radice arboris siue her be. Nam pfortato caloze naturali qui m radicis medulla est mclusus radix humo rem sibi necessariū attrahit vi calozis: z qđ sibi nō ē necessariū a se exteri⁹ reicit: z id caloze iclusō sursū eleuāte z aere itrī secus desiccāte: m naturā germinis trās= mutat. z quia ñ cessat attractionis cōti= nuatio m radice: ideo nō cessat augmēti dilatatō m germine quousqz ad debitū eueniat cōplementuz. caloz itaqz celestis penetrans ad medullā radicis ptes eius liqđiozes z vnctuosiozes ac puriozes ad se attrahit z coagulat ac piungit: z coad unatas p pozos terre msensibiliter indu cendo eas m substantiā germis cōuerte re nō desistit (vt d. cōmen. sup li. vegeta= bilium) cōtrahit aūt caloze viridē mediuz scilicet mter rubentē z nigrū scōm domi nium equalium ptiū terrestriū z ignearuz Nam generatō germinis habet fieri ex terreo hūoze nigro opaco. sed ppter aere arum ptiū z igneārum admixtionez fit caloz eius viridis qui caloz medi⁹ dicitur esse mter rubeū z nigz. Est etiā germē principiū culmi siue stipitis ac flozis at= qz fructus: emittens primo plures fron= des mutuo se nectentes quos facit natu ra ad mnati calozis m substantia germi nis cōseruationē. tenera em eius substā tia frigido aere de facili lederet nisi ab extrinseco nocumento tutela frondiū tu= eret. de facili em ledit ex aere frigido ex grandine z ex vēto z etiā ex roze noxio z infectiuo. z ita ptra huiusmodi nocumēta pluribus folijs cōnexis quasi plurib⁹ tu= niculis tegitur z munit. Ortus itaqz ger minum ornatus terre ē principiū. nā om nia terre virentia a germinibus oriunt. mutatōnis tempis est indicium z signū vernalis nouitatis. sinēqz annunciat hie mis z pcomiū est estiualis nouitatis z ve nustatis. a bzucis locustis z erucis cozro duntur quandoqz germina: z tunc spes vltenus de fructu non habetur.

De Gramine

Gramen ē agrestis herba ab eo qz germinet sic vocata. (vt dicit Isi) beneficio siquidē ca loris ex humoze terre omnis herba generat. nā celestis caloz terre su pficiē penetrās ptes ei⁹ subtiliozes ag= gregat z m radicis speciez transfigurat: qui terre mfixus calozem in se claudit. cuius virtute humorē circūiacētis terre ad sui incrementū z nutrimentū attra= hit: z quod simile est m sui naturā alte= rat z pmutat: vel puertit. z qđ sibi quo ad substantiā est superfluuz ad generatio nem foliozum germinis trāsmittit. quia vero multe ppter humiditatē materie ex attracto humoze generant radices: mul= te z diuerse fiunt graminū z herbarum pductiones mutuo se colligentes. z toti⁹

zelagrama

fere ſuperficiem viroris gratia ⁊ florū decentia veſtientes·⁊ quanto radices grammū inferius amplius ſe profundunt·tāto diffuſius gramia culmos ſuos ⁊ folia in terre ſuperficie ſe dilatant·pullulantia autē gramina in principio ſue germinationis ſe multiplicāt·ſi cōpreſſa fuerint aut mediocriter cōculcata·quādo enim in principio nimis luxuriare permittunt cito prumpunt in ſemen ⁊ de facili induruntur ⁊ ſuam perdūt pulchritudinem ⁊ virorem(vt d·plin)ex ſitu autez terre vbi creſcunt ⁊ qualitate humoris quo nutriunt·diuerſas qualitates generaliter ſortiuntur(vt d·idem·⁊ etiam commen·ſuper li·vegetabiliū) vnde ex humoribus complexiones cōtrarias habentib⁹ quādoq; herbe ⁊ gramina immo omnia i terra naſcentia diuerſas ac diuerſas conſequuntur efficacias ⁊ virtutes(vt d·pli) et Iſa ⁊ alii) ꝓpter quod ſecundum predictos auctores gramina montiū ſiue locorum montuoſorū ſunt rariora ⁊ breviora q̄ gramina vallium ſiue pratorum·Illa tamen ſunt omnibus cōuenientiora q̄a dulciora ⁊ ſalubriora ⁊ mediocriter ſuccioſa·In paluſtribus quidem creſcentia ſunt pinguioſa ⁊ diffuſioſa·ſed meliora ſunt ſimpliciter que in montib⁹ ⁊ locis altioribus oriuntur·nam(vt d·Iſa· et etiam cōſtan·) herbe paluſtres peiores ſunt nutrimenti·nam aquoſum generāt ſanguinez ⁊ cito ſe a membris diſſoluentem·inflationem ⁊ rugitum in viſceribus generant ⁊ in cōtrarijs contraria Eſt aūt regula·vt d·Iſa·ſic miſticuz accementū dixit·Cui⁹ radix inter herbas nutrit·ei⁹ ſemē non ē nutrimentū·nec e cōuerſo·cuius ſemen nutrit·eius radix non nutrit·gramen itaq; vt d·paladius gratum facit ſoliſ in aſpectu·gratū etiā eſt animalibus in paſtu·gratum etiam fit languentibus in effectu·nam ſicut in radicibus·ſic in graminibus latet virt⁹ multiplex medicine·gramen etiaz auſtrinum tempus pluuioſum ſcilicet ⁊ calidūz diligit· nam virorem ex imbris habundantia etiam in locis deſertiſſimis·ex ſe diffundit·ſed prevalente vento borreali ⁊ frigido deficit extrinſecus ⁊ marceſcit·vt di·beda·Secundum diaſco· autem gramen dicitur quedam herba ſpecialis habens virgas nodoſas ſperſas ſuper terrā et folia lata aliquantulum ⁊ acuta·cui⁹ radix nodoſa eſt ⁊ dulcis·⁊ hanc herbaz boues ⁊ alia animātia libēter comedūt et depaſcunt·Cuius virtus eſt ſtiptica et vulnerum cōglutinatiua·ventris conſtrictiua·vulnerum renum ⁊ veſice ſanatiua·doloris ſplenis mitigatiua·Hanc herbam noſcunt canes ⁊ illam comedūt quando ſe purgare volunt·vt dicit plinj· et hoc facūt caute ꝙ vix poteſt hoc ad humanam pitiam puenire·

De Galbano

Galbanus eſt herba cuius ſuccus galbanum dicitur· ⁊ eſt herba in ramis ferule ſimilis vt d·varro·galbanum ſuccus ferule eſt·vt dicit Iſidorus li·xvij·Inciditur autem herba in eſtate effluit inde lacrima que recolligitur ⁊ deſiccat Idez autem galbanum eſt optimum quod eſt mundiſſimum·⁊ habet plures guttas ſicut armoniacum ⁊ eſt ſimilis turi in colore·habens grana limpida cuius granum non eſt nimis ſiccum·vt dicit plinj· et diaſco·in eſtate circa fruticem deſiccatur· Ineſt aūt ei virtus ignea calida·ſin tertio gradu·humida in primo·vt dicidem·ſophiſticatur aūt cum puluere colophonie ⁊ cū fabis fractis corticib⁹ abiectis que cum optimo galbano ⁊ reſoluto admiſcentur·Galbanum aūt purum diu poteſt ſeruari·virtutē habet attrahē di/diſſoluendi leniēdi/relaxandi/⁊ mitigādi·⁊ fumus ei⁹ lituargicos excitat· dolorē ſplenis ⁊ opilatōnes cū aceto ſanat· ſetū mortuū de matrice educit ⁊ matricē purgat·cum melle puluis galbani lumbricos necat·fum⁹ ei⁹ mēſtruis ipat·ſerpentes ⁊ venenoſa eius fum⁹ fugat·⁊ dolorem dētiuz mitigat·vt d·pli·et plate· vbi ſubditur ꝙ ſi galbanus debet poni in medicina·prius debet a ſuperfluis emundari· primo igitur ſuper ignez teſta debet liquefieri et in aqua poſt infundi ⁊ quod purum eſt ſupenatabit· quod

vero ⁊mutile est vt cortices ⁊ lapilli ⁊fe
rius residebit· Diasco·tamen d·q ⁊ aq̄
feruēti galban⁹ debet pomi·⁊ qđ petit fū
dum colligi debet quod aūt superenatat
vt cortices ⁊ huiusmodi debet amoueri·

De Gutta

GVtta ad modum galbani est
cuiusdam herbe vel arboris
lacrima que alio nomine ar⁊
moniacum appellat· Istius
aūt arboris vel herbe ramusculi diebus
festiuis ab incolis incidunt·⁊ gutta q̄
inde distillat·gutta siue armoniacum a
medicis nuncupatur(vt dicūt Isido·pli⁊
nius ⁊ alij) Istius gutte species nobilior
est que mundior ⁊ purior ⁊ terze feculē⁊
tie est impermixtior·que quidem debet
esse candida ⁊ pinguis sicut thus ⁊ quā
do frangitur apparet splendidum interi⁹
et gumosum(vt dicūt dia·⁊ plini)⁊ ha⁊
bet odorem similem castoreo ⁊ saporem
subamarum aliquantulum siue acrum·
Est aūt gutta calida ī tercio gradu ⁊ sic
ca ⁊ secundo habens virtutem dissolue
di ⁊ relaxandi(vt d· ⁊ platea)cui⁹ scru
pulus potatus cum oximelle splenēticos
curat·aspritates siue immūditias oculo⁊
rum mitigat ⁊ curat· cuz succo absinthij
lumbricos necat·ptra arthericam ⁊ scia
ticam passionem cum pice dura multuz
iuuat·vrinam ꝙocat·menstrua purgat
omnes tumores ⁊ inflationes sedat (vt
di·gl·)sup illum locū·mirra ⁊ gutta zc·

De Gariophilo

GAriophili(vt d·dia· quidam
sunt pfecti ⁊ saporis acuti co
loris subnigri calidi ⁊ sicci ⁊
effectu·humidi vero interius
actu quidem ⁊ suis qualitatibus magis
sunt remissi·Sunt autem fructus cuius=
dam arboris ⁊ indie qui ⁊ estuo tempe
colliguntur quando sunt maturi·per q̄n
que annos ⁊ multa efficacia reseruant·
In loco etiam non nimis sicco nec nimis
humido debent seruari·quia ⁊ multum
humido putrescūt·⁊ multū sicco arescūt
Eligendi sunt aūt qui ⁊ superficie aliquā
tulum habent plamtiem qui acutuz ha⁊
bent saporem ⁊ suauez odorem·⁊ qui ex
pressione vnguis aliquid emittunt humi
ditatis·Sophisticantur aūt cum pulue⁊
re gariophilorum mixto cum aceto ⁊ vi⁊
no odorifero ex quo cōtrahunt humidi⁊
tatem ⁊ vix discernuntur quia ⁊ exteri⁊
ori superficie magis sunt acuti q̄ alij·et
ideo acutum magis est ⁊ exterioribus·
q̄ ⁊ interioribus·sed sophisticati non pos⁊
sūt vltra vigīti dies obseruari· Habēt
aūt boni gariophili virtutē cōfortandi·
et ex aromaticitate sua dissoluēdi/⁊ con
sumendi ex qualitatibus suis·confortat
em cerebrum ⁊ virtutem animalem·va
lent etiam cōtra defectum cordis·quare
confortant virtutem spūalem·valent eti
am contra ⁊digestionem stomachi·⁊ do
lorem ex frigiditate ⁊ ventositate· quia
virtutem iuuant naturalem(hucusq̄ di⁊
oscorides·

De Genesta

GEnesta que etiam ab amari
tudine dicitur·quia eius gu⁊
stus nimis amarus ē hominī⁊
bus·arbustum est·crescens ⁊
locis desertis incultis ⁊ saxosis·cuius p̄
sentia sterilitatis ⁊ ariditatis terre vbi
crescit testis est·habz multos ramos gra
ciles/duros/⁊ nodosos/virētes hieme ⁊
estate·flores glaucos/spissos /⁊ inuolu⁊
tos·grauis odoris/amari saporis·sed cū
maxīe sunt virtutis·vt d·dia· Mā florū
et foliorum eius elixatura splenis tumo
rem cōpescit·dolori dentiū subuenit·mē
strua strīngit·fluxuz dissenterie sistit· pe
diculos ⁊ lendes succus ei⁹ perimit·semē
facit ⁊ in quibusdam amarum ⁊ nigrum
tecis longis ⁊ nigris ad modum foliorū
vitis vel pisse conuolutum·⁊ valet ad p̄=
dicta omnia·

De Grano

GRanum est minima tam se⁊
minis q̄ arboris pticula disti
cta substātialiter ⁊ diuisa·In
quolibet aūt grano est corter
et medulla ⁊ in qua requiritur ratio se⁊
minalis·vt ex grano terze commisso pos⁊
sit produci planta· vt ⁊ in quolibet grano est
relicta potētia a natura vt ex ea possit fi
eri planta q̄ mediāte spēs ei⁹ multiplicet

vt aloe/ caballinuz /et sulphur/et assa fetida z huismodi·q̄ m multis causis conueniunt medicine· nam odoris sui grauitate humores putridos siue putredini et fetori dispositos· ratōne similitudinis attrahunt et attractos expellunt· nam natura abhorrens fetorem per medicine fetide presentiaz irritatur cōtra ipsam·et ideo recolligit se totam· vt contra suā dimicet mimicam· fetor itaq; id est fetida medicina occasionaliter est expulsio fetidorum· z dum vnū fetidum assumit· aliud fetidum pariter cum ipso remouetur· Similiter fetor lane vste vel filtri combusti seu cornu caprini exusti naribus subtiliter apponūtur· vt sopor litargic⁹ excitetur (vt dicit constā) nam spiritus ab horrētes fetorem fugiunt ad interiora cerebri vbi est causa morbi· ex quorū concursu iuuatur natura cōtra morbum·et ideo facilius digerit z dissoluit materiā apostematis· que cā fuit flegmatice somnolentie z soporis (vt dicit idem) eodem modo in causa matricis quādo nimis eleuatur comprimědo spūalia z fetida naribus z aromatica partibus inferioribus vtiliter adhibētur· nam natura fugiens fetorem recurat ad matricem· z sentiendo odorem inferius illuc tendit·z sic matricem ad locū debituz secum ducit·quāuis etiaz odor odori nō otrarietur· aliquis tamen fetor alicui fetori cōtrariatur·et ideo fetor sterquilinij ex fetore alterius effugatur· vbi etiaz omnes fetent fetor vni⁹ minime sentitur· quia vn⁹ fetor ab alio absorbetur· De rebus autem odoriferis quere supra in tractatu· xvij· de herbis z spēbus z plantis·

De saporibus·

Sapor autez est sensitiuū gustus· Sicut enim color est obiectum visus· sic sapor est rei proprietas iudicio anime se offerens per viam gust⁹· Sapor itaq; est rei proprietas solo gustu perceptibilis· hec autez dico in principio z alio modo iudicant de saporibus z saporū principijs philosophi· z alio mō medici· sed de illa murmuratōne questionū nihil ad propositum· quia illas solas saporū differētias z opatōnes z causas quas hic inquirimus· prout sacre scripture cōueniūt ad eliciēdum ex saporum proprietatibus aliquos misticos intellectus· vnde ad pīa de alijs non curamus·

Est igitur sapor proprium obiectum gustus· de cui⁹ presentia sensus in organo gustabili delectat vel tristatur· et sunt secūm ysa· in dicta· saporum octo differētie scz dulcis/ vnctuosus/salsus/amarus/acut⁹/acetosus/ponticus/stipticus· additur etiaz hic insipidus sic sunt nouem· sed abusiue dicit sapor quia sapore caret· Pertinent autem quinq; ad caliditatez z calidā complexionem scilicz dulcis/ vnctuosus/salsus/amarus/acutus/relique frigide sunt complexionis scz ponticus/stipticus/acetosus/z insipidus· Duo autem sunt que faciunt saporem scz complexio z substātia et substātia est triplex scilz grossa/subtilis/et mediocris· Complexio itaq; calida z humida in secundo gradu cū grossa substātia facit saporez dulcem· calida vero z humida in fine secūdi grad⁹ cū subtili substātia facit vnctuosum· et dicitur vnctuosum subtile quātum ad transituz quia de facili transit in fumū· habet aūt actualez grossitiem ratōne cuius est opilatiuū· sed potētionalem habet subtilitatem in substātia ratōne cuius est velociter transituū· Complexio autem calida et sicca in fine secūdi gradus cum mediocri substantia facit salsum· Calidum et siccum in tercio gradu cum grossa substātia facit amarum· sed complexio calida et sicca in quarto gradu cum subtili substantia facit acutum· et ita super caliditatem fundātur quinq; sapores· Frigida autez z sicca complexio in tercio gradu cum grossa substātia facit ponticum· qualis est in fructibus immaturis· frigida quoq; z sicca in secūdo gradu cū mediocri substātia facit saporem stipticum· qualis ē in rosis· z in cōtamis maturis·

frigida autem ⁊ ſicca ī ſecūdo gradu cū ſubtili ſubſtantia facit ſaporem aceto ſū frigida vero complexio ⁊ humida ī primo gradu cum mediocri ſubſtantia facit ſapozem mſipidū ⁊ qualis eſt ī albugine ouī. Patz igitur q tres ſapozes ſūt teſtimonia ſubtilis ſubſtantie ſcilicz acetus/vnctuoſus/et acetoſus. et ſunt tres ſapozes teſtimonia groſſe ſubſtantie ſcz ponticus/amarus/et dulcis. Similiter ſunt tres ſapores teſtimonia ſubſtantie mediocris ſtipticus/ſalſus/ ⁊ inſipidus.

Dulcis itaq; ſapoz generatur ex tempata caliditate ⁊ groſſa ſubſtantia. vnde et dulcedo lingue apoſita moderate aperit/moderate calefacit/moderate humectat. vnde groſſities ſubſtantie moderate ſubintrās poros apertos ibi diu manet. et ideo anima ī tali temperātia gaudet. vnde pl⁹ delectatur natura ī dulcedine q ī alijs ſapozibus. preterea nulla res eſt ita temperata ⁊ affinis būane cōplexioni equali ſicut dulcedo. et ideo humana cōplexio/que eſt victa tempantie equali ī dulcedine ſibi ſimili delectatur.

Ad dulcem autem ſapozem faciendum quatuoz conueniūt elementa/ non tamen equali proportione. Ignis enim ⁊ aer ſuperhabūdāt. vnde ex igne caloz et ex aere humor īnaſcitur/que duo ſcilicz calor ⁊ humor neceſſaria ſunt ad cuiuſlibet rei generationem. caloz autem tempatus agens ī humoreꝫ ipm calefacit diſſoluit ⁊ depurat. ab humoze terreſtri ⁊ ſubſtātia mollificatur. vnde partes ignee ⁊ aeree augmentātur/⁊ humiditas inſpiſſatur. ⁊ ſic groſſa ſubſtantia ī qua fundatur dulcis ſapor generatur. vnde dulcis ſapoz quādo caret omni macula acumīis omnibus ſapozib⁹ ſuauior erit (vt dicit ꝓſa) quia eius natura ſanguini eſt victa. et ideo letificat ⁊ mundificat/nocumētum guſt⁹ humectat tempate ſine labore nature. Eſt autem dulcedo aliquādo pura quatuoz qualitatum mediocriter contētiua. vt patz ī zucchara. aliquādo eſt viſcoſitati ⁊ groſſicie admixta. vt patet ī dactilis. aliquādo acūmini coniuncta. vt ī melle. prima dulcedo maxime conueniens eſt nature/ſed aliquādo accidētaliter nocet nature/ quādo ſcilicet natura plus recipit q̄ digerere poſſit. et tunc ſolet eſſe cauſa alicuius opilatōis. q̄ dulcium ſuperfluitas ī poris venarum īmiſcat. Dulcia itaq; mollificāt membra. lauant/colant/ ⁊ mūdificant. parum naturaliter nutriūt/accidētaliter autē multum. Mollificant quidem quia humiditas materiam mollem reddit/caliditas tempate diſſoluit. vnde materia que prius erat ſpiſſa modo mollificata diſſoluta abſtrahitur et mūdificatur. Nutriunt autem parum naturaliter/ quia dulcia ſūt groſſa ī ſubſtātia ⁊ ſua groſſicie poros penetrare non poſſunt/et ora venarum opilant ⁊ cito ſatiant. accidētaliter tamen multum nutriūt. quia dulcia bona ſunt nature ſiue complexiōi ſunt ſimilia et amica. et ideo ī magna quātitate aſſumūtur. et quia groſſa ſunt ī ſubſtantia/calor agens ī ea multum ſanguinem generat. et ille ſanguis multum nutrit. dulcedo vero que viſcoſitati ē admixta multum quidem nutrit/ ſed multa tamen nocumenta accidētaliter generat et īducit (vt dicit ꝓſa) quia talis dulcedo opilatōnem generat. et preterea putredini de facili ꝓpter q̄ quāt. īflatōez et rugitum generat. febrem interpolataꝫ facile cōmouet et ſuſcitat/et colericam īflatōem concitat vel augmētat. Eſt igit dulcedo pura et p alicuius rei admixtionem nō infecta inter ſapoꝛuꝫ differētias ſenſus maxime delectatiua ⁊ nature amica/⁊ ideo ei potiſſime aſſimilatiua. deperditoꝛuꝫ ī coꝛpoꝛe facilius reparatiua. virtutum et ſpūum debiliuꝫ maxime cōfoꝛtatiua/omniū membꝛoꝛum precipue nutritiua. Dicit enim ꝓſa. ꝓpcius nutrimenti ſapoꝛ dulcedo eſt ſi ſua ſubſtātia aliquā habuerit viſcoſitatem. ſtabilis enim eſt ī membꝛis/vnde non de facili eſt vel poteſt eſſe ī membꝛis diſſolutōnis receptiua. nec nutriunt aliqua q̄ dulcedini nō ſunt mixta. vnde ⁊ ſapoꝛes dulcedini cōtrarij ꝓpter cōtrarietatē quā

De ſaporibus

habent ĩ humana cõplexionem: parui aut nullius ſunt penitus nutrimenti ex cõmixtione tamen ſapoꝝ inter ſe cõtrariorꝝ vnus bonus ſapor medius generatur: ĩ quo latitat dulcedo cuiꝰ rõne ille ſapor medius nature conueniens eſt et corporis nutritiuus. vt ptz ĩ ſalſamẽtis et etiam ĩ pigmẽtis ĩ quibus contraria recipiũtur. vnde patet q̃ dulcedo omniũ ſaporum delectabilium eſt origo ſicut albedo omniũ colorꝝ eſt pncipiũ (vt dicit ĩ libro de ſenſu ⁊ ſenſato vbi dicitur) nigredo eſt priuatio albi ĩ perſpicuo: ſicut amaritudo eſt priuatio dulcedinis ĩ humido. Dulcedo adhuc ẽ ſpiritualium mẽbrorum amica. quia ipoꝛ eſt lenitiua et omnis aſperitatis mitigatiua. clarificatiua vocis: et arteriarũ ab omni ſuperfluo purgatiua. canaliuꝝ pulmonis ⁊ meatuꝝ pectoris aperitiua. et omniũ immũdiciarum mulegule ⁊ gutturis abſterſiua. catarri ⁊ humoris ſuperflui circa ſpũalia diſſolutiua. et omniuꝝ organorum vitalis ſpiritus ad debitam conſiſtentiam reductiua. omnis tumoris ſquamatici repreſſiua. et ſuffocatis humidi ĩ membris ſpũalibus conſumptiua. Sunt autem quedaꝝ dulcia que occaſionaliter multorũ malorum ſunt corpori illatiua. Sunt enim vnctuoſitatis ⁊ inflationis generatiua. Non enim maior eſt ex calore dulcis reſolutio q̃ ſit humidi reſoluti incorporatio: vel ſaltem cõſumptio. neceſſe eſt ibi fieri multi vaporis fumoſi generatõ: et ſic loci ex vapore defectio vꝫ repletio: et per cõſequens inflatio dolor et gurgulatio. Item ex eadem cauſa dulcia ſunt appetitus debilitatiua. quia ſubſtãtie ſue groſſicie cito ſunt vacui ſtomachi repletiua et meatuũ opilatiua. Item colere rubee augmentatiua. nam cũ ſint calida: calidi humoris ſunt excitatiua. ⁊ ideo obſũt illis qui ex cauſa calida ⁊ intenſa patiũtur. Item putredinis et corruptõnis ſunt inductiua. quãdo enim ſuperhabũdans calor ſuperhabũdantem humiditatem diſſoluit et cõſumere totum vel digerere non ſufficit: corruptam materiam derelinquit. Item ſplenis renum et epãtis ſunt opilatiua: ⁊ hoc accidit q̃ ĩ ſua groſſicie ſubſtantiali ſubtiles poros illarũ regionum obturant. vel quia partes ille ratõne dulcis plus deſiderãt q̃ digerant vel cõſumant. et ideo ex ſuperfluo humore attractio et non digeſto nec alias euacuato ille partes merito opilãtur. Item dulcia ratõne predicta ſunt calculi generatiua tam ĩ renibus q̃ ĩ veſica. nam quãdo ille partes ratõne dulcedinis ſibi attrahunt humores cõſimiles que ſubtiliora ſunt: vel cum vrina educũtur: vel vi caloris conſumũtur. vnde quãdo plus attrahitur q̃ nature cõuenire opoꝛtet q̃ vel vi nature qõ eſt ſuperfluũ expellatur: vel qõ groſſius eſt ibi remaneat: et eliquato humore calore deſiccãte mouratur ⁊ procedẽte tempe paulatim putrificatur: et ĩ duriciem lapidis cõmutatur (vt expreſſe dicit yſa). Idem etiam de cauſis matricis decurrit. Ex p̃dictis patz q̃ aliqua dulcia nature ſunt vtilia. alia vero ſunt ⁊ videtur eſſe dulcia: et tñ ſunt mortifera et nociua.

Sapoꝛ vnctuoſus generatur ex calido ⁊ humido ĩ ſubtili ſubſtantia. et ideo vnctuoſitas appoſita lingue magis aperit ⁊ diſſoluit: et ſubtilis ſubſtantia magis ſubintrat. et quia caliditas eius parum remouetur a temperamẽto: anima ipius dulcedinem põt ſuſcipere ⁊ ĩ ea maxime cõgaudere. Ad vnctuoſum autem ſapoꝛem perficiẽdum plus de igne q̃ de aliis elementis conuenit et poſt de aere. Maioꝛ igitur actõ caloris ĩ humidum agens magis diſſoluit et depurat. vnde aquoſe ptes ⁊ terree ſtres mĩoꝛãtur: et ignee cum aereis augmentãtur: et inde ſapoꝛ generatur vnctuoſus. Sunt autem vnctuoſa cibaria appetitus debilitatiua: et faſtidij inductiua. quia accepta ĩ ſtomacho reſoluũtur ĩ fumoſitatem cum aeree ſint ſubſtãtie que petit ſuperiora et replendo os ſtomachi inducit faſtidium ⁊ diminuit appetitum. Item vnctuoſa ſunt ſupernatatiua leuitate enim ſua eleuãtur ad ſuperiora cum valde ſint fumoſa. Item digeſtiõis ſunt impeditiua. quia vnctuoſitate ſua:

villos ſtomachi replent et lenĩũt· vnde cibi aſſumpti cũ non poſſint decoqui cru di z indigeſti emittũtur·vnctuoſitate em̃ ſua muſcant cibos z lubꝛificant·et ideo emittũtur ante q̃ digerãtur·Item parũ ſunt nutritiua quia oꝛa venarum cito re plent z parum de eis aſſumitur·et qꝫ aſ ſumitur ꝓpter ſue ſubſtantie ſubtilita tem cito conſumitur·Item z caloꝛis ſunt in flammatiua· Ignis enim non nutritur niſi aere mediante·vnctuoſa vero cito in aeream ſubſtãtiam tranſeunt·vnde illa vnctuoſa que habent maioꝛem aquoſi tatem mĩus pertinẽt ad naturaz aeris z mĩus bene nutriũt ignem·vt patz in anxungia·alias fm̃xungia poꝛcina q̃ mi nus nutrit ignez q̃ ouina· quia mĩn9 ha bet aereitatis in ſua compoſitõne z pl9 aquoſitatis q̃ ouina·Item febrilis caloꝛ is ſunt nutritiua·et ideo carnes probi bentur in febꝛe acuta· quia timetur vn ctuoſitas intermixta qua caloꝛ febꝛilis ꝛritatur vel nutritur·Item ſplenis z e patis ſunt opilatiua ꝓpter ſui groſſiciez actualem· nam ꝓpter ſuã dulcedinem cito attrahũtur z ſua groſſicie poꝛi de fa cili opilantur·Item doloꝛis capitis ſunt excitatiua· nam ex fumoꝛũ multitudine repletur caput et mirigi cerebꝛi diſten dũtur·Item membꝛoꝛuz ſpũalium ſunt lenitiua·vt patz in butyro·tamen que dam vnctuoſa nocent pectoꝛi ꝓpter an nexam ſiccitatem· vt oleuz nucum·quia talia non habent puram vnctuoſitatem Item doloꝛum exteꝛioꝛũ ſunt mitigati ua·et duꝛiciei remollitiua·apoſtematuz maturatiua· humiditate em̃ ſua ſaniem generant·quia per ea plus diſſoluitur q̃ cõſumatur· ex caloꝛe emiz debili et humi ditate multa fit ſanies et coꝛꝛuptio·

Salſus ſapoꝛ fit ex caliditate et ſiccitatate in ſubſtãtia mediocri vnde caliditas cum ſiccitate cuz ſit remota a temperãtia multos aperit poꝛos·quia ſiccitas iuncta caloꝛi magis laxat· Iuncta vero frigiditati magis cõ ſtringit·et ideo ei9 ſubſtãtia magis ſub intrat poꝛos·z quia magna fit diſgrega tio partiũ z multa ſubſtãtie ſubintratiõ amina in ipius preſentia nõ gaudet imo poti9 ipm̃ hoꝛret· Ad ſalſuz aũt ſapoꝛẽ quatuoꝛ cõueniunt elemẽta· quadam tñ ꝓpoꝛtõne non equali· Dominatur enim ignis et terza mediocriter tamen ex mo derato igne fit moderatus caloꝛ et ex mo derata terza fit moderata ſiccitas·ex mo derato autem caloꝛe moderata fit ebul litio et excoctõ humiditatis·vnde aquo ſe et aeree partes diſſoluũtur in igneas mediocriter·et ex moderata ſiccitate mo derata ſubſtãtia deſiccatur·z ita rema net ſubſtãtia mediocris·vnde ſalſus ſa poꝛ habet fieri ex moderato dominio ca liditatis et ſiccitatis in ſubſtantia medi ocri·Sunt autem ſalſa mũdificatiua·qꝫ ſumpta interi9 caloꝛe ſuo et ſiccitate hu miditatem diſſoluũt·Salſedine enim et vitroſitate ſua ſtomachum et inteſtina mozdificant·que mozdificata mouentur vt diſſoluta humiditas emittatur·et ſic fit mũdificatio· Item dure carnis ſunt mollificatiua·nam ſua caliditate z ſiccitate ſuperfluam humiditatem compactaz reſoluunt z relaxant·et ſic mollificant· Item ſubſtãtie mollis ſunt induratiua· nam ſua caliditate z ſiccitate ſuperfluam humiditatem conſumũt·et ſic partes pl9 aereas compingũt·Item ſubſtãtie rei ſũt depuratiua·nam ſalſa inquãtum huiuſ modi quãtum diſſoluũt tãtuz conſumũt et ideo putredo aliquo caſu generata· ca loꝛe z ſiccitate ſalſedinis cõſumitur·z an nihilatur·habet inſuper ſalſedo multuz terreſtreitatis· vt dicitur in dieta· ratõe cuius carnes indurat z mĩus reddit ap tas coꝛꝛuptõni·vt dicit ibidem·Item ſca biei et exterioris ſuperfluitatis coꝛpoꝛis z cutis ſunt ablatiua et hoc cõſumẽdo hu mores ſuperfluos tam ſuperficiales q̃ in tercutaneos z cutem a ſuperfluis abſterge do·Item tumoꝛis ydꝛopici ſunt repreſſi ua et hoc ex ratõne ſupradicta·quia de ſiccant et conſumũt omnia in talibus lo cis aggregata·Item moꝛſus canis rabi di et aliozũ venenoſozum ſunt curatiua· et totius venenoſitatis extractiua·vnde pꝛodeſt cito lauare talia vulnera in aqua ſalſa quia malitiam extrahit z venenuz

vt dicat idem. Item caro multuz salsa ad tempamētum optime reuocatur si in aqua salsa ponatur. nec salsedo a talibus melius extrabitur q̄ q̄ earum massa prius aliquo tempore in salsa aqua tempetur. et hoc puto accidere ratōne similitudinis cum aqua salsa que ratōne caloris accidentalis in ipsa dominātis attrahit sibi simile qđ inuenit in substantia carnis salse. Item sal in igne induratur: in aqua vero dissoluitur z annichilatur nec mirum si congelatō z indurātō facta est per siccitatez vt salis dissolutio fiat per humiditatem. sicut patet in sepo in quo fit induratio z congelatio p frigiditatez: mirū non est si fiat resolutio per caliditatez. De his quere supra in libro. xv. de vemis terze in capi. de sale.

Sapor amarus fit ex caliditate in tercio gradu: et siccitate in secundo gradu in grossa substātia. Vnde caliditas cum siccitate multū subintrans multum disiungit. vnde instrumentum leditur z fit sapor amarus abhominabilis gustui z cōtrarius: ad cuius compositōnem quatuor elementa cōueniunt proportōne quadam: sed magis ibi ignis z terra dominātur. licz plus est ibi de igne q̄ de terra. vnde de maioris dominio caloris magna fit ebullitio. vnde aquee z aeree partes magis dissoluūtur in igneas: et terrestres cōdensantur. sed quia mediocre est dominiū siccitatis nō attenuat. et ita substantia remanet grossa in qua ex actione caloris et siccitatis fundatur amaritudo. omnia autez amara contristant gustum magis q̄ aliqua alia que habent simplicem saporez. quia maiorem faciūt continuitatis solutōem in lingua: licet autez amara habeāt minorem caliditatem q̄ acuta: maiorem tn faciunt solutōem continuitatis ꝓpter sue substantie grossitiem que se interponit et compzimēdo maiorem efficit lesionez. Item amara sunt colere purgatiua: vel quia colere sunt similia in complexione vel quia colera cum sit pozosa permittit amara suos pozos subintrare z diuidēdo partes a partibus eam faciūt fluxibilem z coleram liquefactam sic educunt. Item amara sunt appetitus excitatiua quia coleram educūt que tanq̄ rei leuis solet colligi circa orificium stomachi z appetitus debilitare. Ad hoc etiam facit amarozū grossitudo quia cōprimit cibaria in fundum stomachi: sicut dulcia eleuant cibū superius. Item amara splenis z epatis sunt expilatiua. nam calore suo pozos aperiunt et humozes dissoluūt et grossicie sua comprimēdo humozes resolutos educunt. Item amara sunt cōtraria vermibus et lumbricoz interfectiua. nec mirum quia vermes illi de fleumate corrupto accidunt: de fleumateq̄ viuūt. z ideo colerica et amara eis aduersantur: quia colera fleumati cōtrariatur. Item spiritualibus membris sunt nociua: z tam p asperitatem substātie q̄ per intensaz siccitatē eozūdez sunt exasperatiua. Item amara sunt exteriozibus conseruatiua. Si enim distempentur cum aliquo liquido habēt illa tria que sunt necessaria ad conseruatōnem. tātum enim consumūt: quātum dissoluūt. et subintrant in pfundum acumine z calore suo. grossam etiā habent substātiam ex qua remedeant et faciūt eam minus passibilem. Item frigide arterice z paralisis sunt curatiua: dissoluendo materiaz z consumēdo. Itez frigide scabiei sunt desiccatiua. Itez meatuū renuz z vesice sunt aperitiua: z calculi dissolutiua. matricis confortatiua z menstrualis supfluitatis prouocatiua z eductiua: et ad multa alia sunt magis necessaria q̄ dulcia quāuis gustui sint nociua.

Sapor acutus fit ex caliditate et siccitate existente in quarto gradu cum substātia subtili. vnde fit pozozum minima apertio z partium segregatio. et quia substantia eius est subtilis multum penetrat z subintrat. Vnde organum gustus suo acumine incendit. ad cuius perfectōem quatuor elemēta concurrūt: sed non equaliter. quia plus concurrit de igne z de terra q̄ de aliis. et ideo propter dominiuz ignis acuta sunt valde calida et a terza valde sicca. Ex

maximo autez dominio caloris maxima fit ebullitio z resolutio aerearum partiū et aqueārū in igneas. vnde z ignee partes acuūtur/et ex nimia siccitate substātia desiccatur/attenuatur/z subtiliatur. et ita fit acutꝰ sapor ex magno dominio calidi et sicci i subā tenui z subtili. Sunt autem acuta corrosiua quia valde sunt calida et sicca/et fit dissolutio magna et substantia subtilis z acuta subintrans/partes a partibꝰ disgregat et ita fit corrosio. Item acuta sunt mixtiua et dissolutiua/quia z qualitate z substātia dissoluūt et separant partem a parte/et profunde intrant. et ideo dissoluunt z mixtiuant. Item virtutis appetitiue sunt confortatiua quia membrorum consumūt superfluitatem. vnde poris manitis fit ratione vacui appetitus. mordificant etiaz neruos sensibiles z pungūt acumine suo et sic pungendo excitant appetitum. Iuxparum sunt nutritiua. quia ex nimia caliditate z siccitate potꝰ fit adustio q̄ digestio. et ideo dant modicū nutrimētum Preterea subtilis sunt substātie. z ideo de facili consumūtur/ et a membris cito dilabūtur. Insuper nature sunt cōtraria ex sua complexione. et ideo quia abhominabilia sunt non appetit ea natura/iz potius abhorret z repellit.

Sapor acetosus fit ex frigiditate z siccitate existēte in secūdo gradu cum substantia subtili. vnde acetosum lingue appositus qualitatibus constringit substātiam penetrat. et ita ex duabus cōtrarijs actōmibus fit sapor acetosus. ad cuius cōpletōnem quatuor elementa cōueniunt quadaz ꝓportione sed non equali. Est autez ibi dominiū aque z terre mediocre/et ex mediocri dominio aque ē ibi frigiditas mediocris/z ex mediocri dominio terre mediocris siccitas generatur. ex frigiditate autem reprimitur calor qui repressus modicā facit ebullitionem. vnde igneas partes z aereas resoluit de facili et consumit tanq̄ subtiliores. terrestres autem z aquosas dissolvit/sed pre sui paruitate eas consumere non potest. vnde partes ille subtiliātur sed non consumūtur. et ita frigiditas et siccitas dominātur cum subtili substantia et sapor gignitur acetosus. Acetosa ꝓuocant appetitum. quia ex frigiditate et siccitate motum habent ad centrum. vnde comprimūt cibaria ad fundum/et sic os stomachi euacuant/qui sentiens suā manitionem cibum appetit. nam desiderij cōposita est opatio ex appetitiua virtute naturali et animali sensibili. Item soluūt ventrem plenum z constipant mānitum. nam subtilitas substantie aceto se mouens multam humiditatez in stomacho incidit eam z subtiliat/z sic eum reddit abilem ad fluxum z euacuatōem sed quādo stomachus est vacuus paruā mouēnt humiditatem quā acetosa desiccant siccitate et constringunt frigiditate. Item opilatōnes splenis z epatis aperiunt quia non qualitate sed substantie subtilitate humores in poris aperiūt quia mādunt z dissoluūt. Item acetosa spūalibus obsunt frigiditate coartante/ et siccitate exasperāte. Item posita in exterioribus calidos humores repercutiūt vnde z tibie inflate ex retentōne mēstruorum vel emorroidarū in calido aceto lote facile detumescūt. De his quere supra in tractatu de aceto libro. xvij. vbi tractatur de vitibus z de vino.

Ponticus sapor fit ex frigiditate et siccitate existēte in tercio gradu cum grossa substantia. vnde z ponticum appositum lingue constringit et substātia subintrans poros partes cōdensat z ita occurrit sapor qui ponticus appellatur. Ad ponticum saporem perficiendum quatuor elementa cōueniunt. cum maiori tamē inequalitate. qz cū dominātur aqua z terra/ignis et aer substant. Ex forti autem dominio aque fortis fit frigiditas/ z ex terra multa siccitas ideo non potest ibi fieri pfecta transmutatō cum ibi sit defectus caloris z humoris. vnde cum frigiditas z siccitas ibi habeant dominiū necesse est vt substantia remaneat grossa ex dominio frigiditatis z siccitatis. Habet autez ponticus sapor hoc proprius (vt dicit ysa.) qz ponticitas

coniũcta cum ſapore delectãte magis delectat et contriſtante magis contriſtat· cuius rõ hec eſt: ponticitas adiuncta rei dulci et vnctuoſe ſi ingrediatur poros facit illam dulcedinem ibi diutius cõmorari· et ita firmius imprimitur tunc delectatio: et diu durat· ſimile eſt de humore cõtriſtante· hinc eſt q̃ caro que oſſib⁹ eſt vicina iocundiorem habet ſaporem· oſſa enim ſunt melancolica ſcilicz frigida et ſicca· caro vero in ſui natura dulcis eſt z ſanguinea: et ita eſt ibi pontica tas et dulcedinis mixtio: propter qõ et maior delectatio· ideo etiam caro cerui=na eſt iocunda: ſimiliter et bouina: quia coniũgitur ponticitas ex cõplexione melancolica animalis et dulcedo ex pte carnis· Ecõuerſo ẽ de abſinthio et fumo terre quoniã cum eis aſſociatur amaritudo et ideo magis cõtriſtant guſtum vt aloe vel aliqõ ſimile· Item pontica appetitũ excitant z poſt prandium laxant· cuius ratio eſt compreſſio cibariorum ad inferiora adinſtar torcularis· ante prandiũz vero cõſtipant quia cõſtringunt neruos et opilant meatus: z ſubſtantie groſſicie et frigiditatis: et ſiccitatis qualitate· z vnde z ſumpta cibaria retinẽtur z exire non pmittũtur· Item groſſicie ſua epar et ſplenem opilant: calculum generant: colericam z ylicam paſſionem excitant· obturãdo ſua groſſicie inteſtina z fumũ ac fimum exire non permittunt· ſpũalia etiam membra ledunt et grauant: quia ea exaſperant z deſiccant· exterius autez appoſita vomitum ſedant et tumores calidos reprimũt· ſanguinis fluxum intercipiũt atq; ſiſtunt· neruos percutiũt· dentes exacerbant·

Sapor ſtipticus ex frigiditate et ſiccitate in mediocri ſubſtantia generatur· ad cuius perfectõem quatuor cõueniunt elementa quadam proportione inequali· nam aqua z terra ibi predominãtur: ſed non quãtum in ponticо· Ex aqua autem accidit frigiditas et ex terra ſiccitas generatur· ex frigiditate deprimitur calor qui repercuſſus paruã facit ebullitõnem· vnde z ſubſtantia parum reſoluitur ſed nõ conſumitur: ſed ex ſiccitate aliquãtulum condẽſatur· z quia ſiccitas non poteſt omnino deſiccare nec omnino cõſumere remanet ſubſtãtia mediocris· Et ita ptz q̃ ſapor ſtipticus cauſatur ex frigiditate z ſiccitate in ſubſtantia mediocri· z in hoc differt a põtico: qui ex eiſdem cauſis quãuis minus remiſſis in ſubſtãtia groſſa radicat· ideo ſtiptic⁹ ſapor ſub pontico contineturſcõm yſa) qui tãtum ſeptem dicit eſſe ſaporũ differentias: ſub pontico ſtipticũ comprehendit· vnde ſcõm ipm ponticitas eſt intenſa ſtipticitas: et ſtipticitas remiſſa ponticitas· vñ non differũt ſimpliciter ſcõm ſpeciem ſed ſolum ſcõm maiorem intenſionem vel minorem· et ideo vterq; cõuenit cum alio in effectu· ſed ſcõm maius z minus·

Sapor nonus dicit inſipid⁹: ſiue ſine ſapore· et hoc poteſt dici dupliciter: ſcilicz priuatiue z poſitiue· priuatiue dicitur inſipidus: cuius ſapor ſenſu non poteſt comprehendi· vt ſapor aque: qui guſtu non capitur propter eius maximam ſimilitudinez ad organũ guſtus· qz aqua eſt ſimplex reſpectu linguе que quatuor recipit in ſua compoſitione· Poſitiue dicitur ſapor inſipidus qui vltra primum gradum ad aliquẽ interiorem ſaporem non eſt ſenſu determinatus: vt eſt albumen ouí· cuius ſubſtãtia eſt mediocris· et caliditas vel frigiditas primi gradus diſtantiaz ſenſibiliter non excedit· talia inſipida ſunt cucurbite/citrilli/meloneſ/z huiuſmodi· quorũ vſus plus conuenit medicine q̃ diete· parum enim nutriũt: quia ſaporem non habent delectabilem et ſubſtãtiam habent fluxibilem· humiditate ſua z frigiditate ſitim mitigãt: coleram z calorem extinguũt· fleuma augmẽtant· et quotidianas febres generant· et omẽs alias fleumaticas frigidas ſcilicz z humidas nutriunt vel prouocant paſſiones· Sapor itaq; inſipid⁹ cauſat ex frigiditate z humiditate in ſubſtantia mediocri: ad cui⁹ completõnem ſicut in alijs quatuor conuenit elemẽta: ſed non equali proportõe·

quis aqua ⁊ aer principaliter: terra sel cundario ꝑdominatur· propter fortiores igitur frigiditatem ⁊ mediocrem siccatatem partes ignee ⁊ aeree resoluũtur in aqueas ⁊ in terrestres· sed qz resistit dominiũ humiditatis non potest compingi ex siccitate terrea· ℞elinquitur igit substantia mediocris cum dominio frigiditatis et humiditatis que sunt principia istius saporis qui abusiue sapor insipid⁹ nominatur· ℣Dec igitur de saporibus simplicibus quo ad eorum differẽtias ⁊ naturas dicta iam sufficiant· que omnia de dictis ysa· constan· ga· et aliorũ auctorũ medicine breuiter sunt accepta· Sunt autem quidam compositi sapores sicut et mixti sunt colores pariter ⁊ odores· et hi sapores sẽm diuersas compositones diuersimode opantur· quia alio modo sapiunt in solidis: alio modo in liquidis· aliter in sensibilibus: ⁊ aliter in animatis· de quibus in naturis ⁊ ꝓprietatibus rerum et corporum animatorũ et mammatorũ in libris ꝓcedentibus est ostensum· De liquoribus tamen in quibus fundenti sunt sapores aliqua arbitror hic supplẽda: que in libris superioribus casualiter sunt omissa·

De liquoribus·

Liquor est liquid⁹ humor in plantis ⁊ animalium corporibus per digestionem generatus: eliquat⁹ violentia vel natura de substatia corporis mixti: vel expressus· Quilibet autez humor nõ vocatur liquor sed solus ille qui artificialiter vel naturaliter liquatur de plantis ⁊ reb⁹ animatis· vt lac ⁊ vrina de animalibus· vinum ⁊ oleum de arborib⁹ mel de floribus· sicera de fructibus· cerusia õ gramis· orizacara de pomis siluestribus et granatis· Et inter hos liquores: quidam sunt compositi: et quidam simplices· nam compositi dicũtur qui confitiũtur ex diuersis qui pariter cõmiscentur· Simplices vero sunt qui ita permanent sine cõmixtione aliqua prout a suis substatijs primitus producũtur· Nullus tamen liquor est simpliciter absolute preter solam aquam que simpliciter dicitur prout in elemẽtari permanet puritate· alij autem liquores omnes: sicut et humores ex quatuor elementis constituũtur· Simplices etiam dicũtur qui cum alijs non commiscẽtur· Simplices etiam dicuntur in quibus simplices elementorum qualitates ex prima compositõne dominãtur: et que a terrestri feculentia naturaliter vel accidentaliter pl⁹ colantur· Secũdum autem varias cõmixtiones liquorũ et qualitatum elementarium predominãtium complexiones et varios sortiũtur odores pariter ⁊ sapores· nam illi liquores in quibus predominatur calidum cum humido sunt dulciores· in quibus autez calidum cum sicco sunt acutiores· in quibus vero preexistit frigidum cum sicco sunt acetosiores et stipticiores· sed in quibus frigidũ cum humido sunt gustui insipidiores· vt patz in ptisana: et huiusmodi· Quidam autẽ liquores de quibusdam arboribus magis corticibus per attractõnem caloris solaris sponte egrediũtur· vt balsamus ⁊ terebintina ⁊ lacrimus qui calore pri⁹ mũdatur: et in mirre substantiaz induratur Quidam vero de fructibus arborum per expressionem colligũtur· vt vinum/oleũ/sicera/et huiusmodi· quidam per adustionem ignis liquidiores partes quorũdaz lignorum in extremitatibus educentes magno artificio acquirũtur· vt colophonia/pix liquida/oleum iuniperi/et similia· Quidam autem ex herbarum succis exprimũtur· vt opium/aloe/⁊ huiusmõi qui postea caloze ignis vel solis desiccãtur· ⁊ quidam ex roze celi extrema florum perfundente: et sic circa eorum superficiem muscantes apum ministerio componũtur· vt mel· quidaz ex venis terre hauriũtur· vt aqua salmatiua/vitrosa/alluminosa/et huiusmodi· de quib⁹ arte vel natura fit sal vitrum alumen: ⁊ huiusmodi· De his omnibus liquorum differẽtijs ꝓprietatibus ⁊ causis sufficienter

dictum est supra in libro xvij. de herbis z arboribus et earuz sucis. et libro xv. de venis terre. et libro xviij. de passionibus aeris. vbi tangitur de natura manne et mellis: que dicūtur de aere generari. De melle tamen aliqua sunt hic dicenda: et de lacte: z sero/butyro/que de animaliū vberibus emungūtur: de quibus supius est omissum.

Mel vt dicit Isidorus libro. xx. dicitur a melliße grece id est apibus latine. Sic enim greci apes vocāt. nam apum solertia mirando nature artificio parāt mella: que primitus de rore aeris sunt creata: et in arūdinum foliis admuenta. Vnde et virgilius. Prorsus aereī mellis celestia dona. vnde adhuc in india z in arabia inueniūtur in similitudinem salis in ramis z foliis dependētia. vt dicit idē. Est autem omne mel naturaliter dulce sarcum tamen est amaruz absinthij causa: cuius copia illius regiōis apecule nutriūtur. Dicunt autem medici qui de rerum tractant naturis: precipue galie: q mel pueris z iuuenibus et perfectis viris in quibus habundat calor: cibus est inutilis z nociuus. Senibus autem qui parua vita laborant et frigore dicat cum vino veteri z aliis calidis cōuenire (huc usq; Isido. libro. xx. ca. i.) Est itaq; mel liquor dulcissimus a materia purissima arte medicinali generatus: cui tamen ex calore apis mellis substantiam componentis: et ex admixtione alicuius calidi se cum mellis substantia admiscentis acumen cum dulcedine est admixtum. vnde z mellis dulcedo ceteris est magis calida: z minus humida. vt dicit ysa. mel ergo cum sit habens multum caloris et aereitatis z min9 terreestreitatis z aqueitatis propter siccitatez tam terre q ignis multum est habens siccitatis z acuminis et minus frigiditatis et humoris. z ideo iudicatur mel calidum et siccum in fine secundi gradus. tamen quia substantia eius est vicina tempamento et mediocritati multum est mūdificatiuū/lauatiuū/ et subtiliatiuum. et sicco calore grossoz humoz in corpore malium. z humoz putridorum expulsiuum. quia enim mel est calidum: acumini est propinquum. et ideo intestinorum est pungitiuum: et ad feces expellendas commotiuū. Item talis dulcedo sicut mellis multum est habens acuminis z caloris: non tātum opilās meatū splenis z epatis: sicut illa in quibus pura dulcedo inuenitur. vt dicit ysa. capi. de quatuor differentijs dulcedinis et saporis. Est itaq; mel rationē equalitatis et tempamenti multuz nature cōueniens z amicum. sui ad membra multum assimilatiuum. perditorum restauratiuum. debilium membrorum confortatiuum. sua grossitie nociuorum fluxuū interceptiuum: z latitudinis pororuz restrictiuum. nature bene temperate custoditiuū. et humorum paratorum ad fluxum nimium cohibitiuuz. Nihilominus tamen est mel nociuorum humorū laxatiuum. nam contrarias habz qualitates in effectu. et hoc secūdum diuersas materie dispositōes in quas agit. nam nimis laxat/ reprimit/et constipat/ nimis durat/diuidit et relaxat (vt dicit ysaac) Est autem mel conseruatiuū. mundificatiuū amaritudinis tempatiuum. et ideo ponitur in medicinis ad conseruandum z ad mundificandum z ad amaritudinez specierum tempanduz. vt dicitur in antidomicolat. tamen mel crudum non multuz bene despumatum valde est ventosum: et inflatiuum: rugitus in ventre generatiuum. in malos humores faciliter conuersiuuz. splenis z epatis viscositate sua opilatiuum. colere inflammatiuū. et febris diurne inductiuum. ypocondriorum extensiuum. yliacis z colericis nociuum. Mel igitur vt dicit constan. z ysa. in dieta. diuersas habet actiones: quia quibusdam salubre est: z sanitatis custoditiuum. quibusdam vero stipticum est et morborum generatiuū: z est venenī occultatiuum. qō quāto magis est rufum: tanto magis ē calidum et acutum: et humorū magis malium/penetratiuū/ et collatiuū. quāto vero magis ē albū minus

est calidum ⁊ acutum. et tanto melius: quāto dulcius purius et odorabilius inuenitur.

FAuus a foueꝺo est dictus. naz fauus dicitur mel mixtum cū cera. Infra enim cellulas de cera miro artificio ꝓpositas apes mel colligunt et eius liquoris substantiam intus fouent: ⁊ sic dicitur fauꝰ quasi fouus siue fouens: eo ꝙ mel foueat et contineat intra se. vel fauus a fauore est dictus. nam valde fauorabilis gustui est et delectabilis ad edēduz. vnde scōm Isidoꝝ libro. xx. fauus a fagō grece dicit quia magis comeditur ꝙ bibitur. fagere enim grece id est comedere latine. quidam tamen vocant fauū mel a cera eliquatū et optime depuratū: in quo summam dulcedinem gustus experitur. fauus mellis petit ⁊ requirit maxime animal qō ab amore mellis melota dicitur vnde a melle melus vel melota est dictꝰ (vt dicit h) similiter vsus super omnia mel diligit. fauos enim extrahere intendens non sine sui discrimine arborem altas scandit. Aliquotiens autem inter fauos (vt dicit aristo. libro. viij. f) in profundo aluearis generātur quidam vermes parui: sicut sunt aranee et quando crescunt faciūt texturā circa fauos et dominātur super totum aluear. et ideo putrefit mel. ꝛc. Item ibidem bonum est mel qō extrahitur de noua cera. nā mel qō diu manet in cera antiqua fit rubeū. et corruptio illius mellis est sicut corruptio vini in vtribus: ꝓpter hoc debz extrahi. et est mel bonum quādo simile est auro. vt dicit idez. Item dicit idem ꝙ apes sedent sup aluearia ⁊ suggūt qō est superfluum in fauis. et dicitur qō si non facerent hoc corrūperetur illud qō est in fauis: et generaretur aranea: ⁊ sedent super fauos ⁊ sollicite custodiūt ne illa aranea mualescat: et si inuenerit eam fit eis cibus. aliter aūt omnes morerētur.

MVlsum est potio vel poculum ex aqua vel vino et melle commixtum qō greci mellicratuz vocant. sicut et yoromel qō ex melle et succo maciano rosārum est mixtum. sicut ⁊ rodomel dicitur eo ꝙ succo rose mel miscetur.

MEdo vel medus: quasi merus dicitur. et est potus ex melle ⁊ aqua optime confectus ⁊ decoctus. qui si crudus fuerit ⁊ mel minus bene despumatum inflatōem generat in ventre ⁊ rugitus ac durissimas torsiones. et quia de facili resoluitur in fumos caput petit: ⁊ diuersas ei ingerit passiones. bene vero decoctus ⁊ defecatus gustum delectat/ vocem darificat. arterias gutturis ⁊ canales pulmonis mūdificat. cor letificat ⁊ cōfortat. corpus nutrit ⁊ impinguat. epaticis tamen ⁊ splenneticis ⁊ calculosis minus cōpetit. quia meatus strīngit ⁊ opilat. quādoq; enim mirto ⁊ alijs herbis aromaticis cōditur vt sanior reddatur et odoratior: ⁊ diutius custodiatur.

CAretuz ex vino ⁊ melle ⁊ specieb⁹ aromaticis est cōfectum. nam species aromatice in subtilissimum puluerem conteruntur: in sacculo lineo ⁊ mūdo cū melle ⁊ zuchara reponūtur. vino autem optimo species perfundūtur ⁊ reperfundūtur: quēadmodū fit lexiuia. ⁊ tam diu renouatur perfusio donec virtus specieruz vino incorporetur: ⁊ optime darificetur vnde a vino cōtrahit fortitudinem ⁊ acumen. a speciebus autem retinet aromaticitatem ⁊ odorem. sed a melle dulcedinem mutuat ⁊ saporem

PIgmētum vt dicit. h. quasi pinis mentū qō scilicz in pila est contusum. nam in pila species aromatice agūtur: ex quibus arte pigmentaria quedam delicata pocula electa conficiūtur. vnde ⁊ pigmentarij dicūtur qui species vendunt/ cōterūt/ et conficiūt/ ⁊ componūt.

OXimel dicitur acidum mel eo ꝙ ex aceto et melle eius materia conficiatur. nam primo acetum cum herbis necessarijs: et radicib⁹ diuretic⁹ diu decoquitur: et colato aceto mel purum et optime

defecatum additur et ad lentum ignem vsq; ad spissitudinez iterū decoquitur et bullitur ac depuratur cū album me ouī cum aceto distemperatur et in oximelle parum decocto: nam omnes immūdicias mellis z herbarum ad se attrahit albumen ouī·et supernatādo vsq; ad oximellis superficiem secum ducit quas immūdicias cum penna pigmentarius seu medicus caute remouet z deponit:et fit oximel et in pixide munda repomitur·datur autem cum aqua calida ad materie compactē digestionem/mollificatōnem/diuisionem/mūdificatōnem/pororum apertōnem/et opilatōnum dissolutōnem/posset enim medicina de facili inducere periculum:si non preparetur ad facilem eductōnem et cum oximelle non precederet digestionem cum simili arte z ad cōsimiles vsus de aqua z zucharo cum diuersis speciebus fit syropus/nūc violaceus z laxatiuus/nunc roseus constipatiuus/nunc simpliciter/nunc cōpositus·

CEra ē fex mellis intra cui⁹ substātiam liquor melleus ab apibus est collectus·corrumpit aūt ipm mel (vt dicit aris·libro·viij) quādo nimis diu cum cere fecibus admiscetur·z ideo qui vult mel in sua puritate reservare debet ipm tempestiue a cere substātia separe·Habet autem hoc cera priū q; inter omniū liquorū feces supenatat: et cum calescat ad fundum non descendit sed potius querens superficiem sursum tendit:et hoc faciunt partes ignee z aeree que in ei⁹ substantia dominātur·vnde cera in aqua calida resoluta deorsum aquaz premit et per eius superficiem se diffundit·nam multum habet aeree leuitatis ratōne cuius sic ascendit·cera autem quāto est recentior:tanto est odoratior/ductilior/z purior·et ad diuersaruz impressionum et figurarum susceptōem aptior:et tam forme susceptę ꝙ scripture impressio in ea est durabilior·z talis cera virginea appellatur·Est insuper cera multis vsibus necessaria atq; apta·valz enim in medicinis/in confectōnibus variis et vnguentis·nam virtutem habet calefactiuam/resolutiuam/aperitiuam/maturatiuam/attractiuam/euaporatiuam/z consumptiuam·valet etiaz ad luminis nutrimētum·et ideo cera seruit in deorū templis z aris ·in dominor mensis·vnde a cera vel a ceris dicūtur cerimonie·quia in templorum cerimoniis cereī offerebātur z adhuc offerūtur·vt dicit·h·vnde qui seruiūt de candelis cereis in ecclesia dicūtur ceroferarij·sicut qui seruiunt in regum et pontificum aulis primicerij nominātur·vt dicit idem· Sigillus etiaz cereis littere munūtur:z signantur ac secreta occultātur:priuilegia confirmātur·tabule cera simplici vel colorata replentur z ornātur:in quib⁹ variarum litterarum caracteres stili officio vel inscribūtur: vel etiaz complanātur·panni quoq; linei ad vsus varios incerātur·libros enim inuolutos tutos reddit ne aqua vel pluuia perfundātur·nam cera quādam habet vnctuositatez qua humida fugat et per pannorum poros stillicidiuz penetrare interius nō permittit·in calore liquescit cera et deficit: frigore vero indurescit· humidis et humefactis cedit: siccis vero z asperis in berescit· et ideo humectātur sigilla ne adhereat cera illorū litteris et figuris·

CEreus per deriuatōnem a cera: a qua formatur est nominatus· vt dicit Isidor⁹·libro·xx·de quo quidam ait sic· Dic cera nocturnos prestabo cereus ignes·Subducta luce altera tibi luxum·vt dicit idem· nam ad hoc est vsus cereorum: vt ex eorum lumine ea que sunt in tenebris appareant et lucescant·In cereo autem tria attenduntur scilicz materia/vsus/dispositio/siue forma·materia vero triplex est·nam p materia hz lichnuz siue ligmē·vt dic Isi·ipam ceram atq; ignem·ligmen qui z lichnus dicitur filum est stupeuz z totius cerei substramētum·cera que circūuoluitur est luminis nutrimētum· ignis qui supponitur siue supaccenditur: vtriusq; est finis cōplemētuz·nā agens in ligmē mediāte cera conuertit vtrūq; in suā substitutionez·vñ et in dispari natura mirabilez

ſnter ſe habent aptiſſimā vnionem· forma ⁊ diſpoſitio eius piramidalis a lato ſncipiens ⁊ circūferētialiter agens· vſus eius eſt vt illumīatōis gratia candelabro affigatur vel clientulorū vel ceroferariorum manibus ante dominos deferatur·

LAc eſt liquor dulcis ⁊ candidus ſm māmillis per actōem caloris ex ſanguīne generat⁹· vel (vt dicit ariſto· libro· xviij) lac eſt ſanguis decoctus digeſtus nō corruptus· quādo eī fetus propter magnitudinē non poteſt nutriri per vmbilicum· ꝓparatur et lac a natura ex ſanguīne menſtruo repulſo ad māmillas vbi digeritur ⁊ decoquit· et ex albedine glandularum māmillarū ſm candoris ſpeciem tranſformatur (vt dicit conſtan· libro· xix) eadem enīz eſt natura menſtrui ſanguinis atq; lactis· et ideo natura creat lac ꝓpter cibum nati a quo cibatur extra· non tamen debet eſſe lac ante tempus part⁹ nec poſt multum niſi accidat contra naturam· ſm illo enim tempe completur lactis digeſtio ſm animalib⁹ que habent tempus vnicum ſtatutum ad pariēdum· ſed ſm mulierib⁹ diuerſatur· et ꝓpter hoc debet eſſe bonuz lac neceſſario p⁹ ſex menſes· et eſt lac dulce quādo eſt bene digeſtum· ⁊ hoc fuit neceſſarium ꝓpter cibum animalis qui eſt dulcis· cibus enim omniū animaliuz nō eſt niſi dulce ⁊ valde digeſtum (vt dicit idem ibidem libro· xviij)· f· Item dicit ariſto· libro· vi· f· animalia quantia non habent lac neq; māmillas et ſm omni lacte eſt aquoſitas tenuis et pars groſſa q̄ caſeus dicit· ⁊ quāto lac eſt ſpiſſius· tanto caſeus· et lac animātiuz carentiū dentibus ſuperius magis coagulatur· lac vero animalis habentis dentes ſm vtraq; mandibula non· neq; eius ſepum· ⁊ lac huiuſmodi animalis eſt dulce ⁊ tenue vt lac cameli ⁊ eque ⁊ poſt aſine· Item idez ibidem· ſm quibuſdem regionibus nō expectatur caprarū impregnatio ſed accipitur vetica ⁊ cum ea cōfricatur māmilla· et exibit primo ſanguis· deīde quaſi ſanies et poſt lac bonuz· nō peius lacte impregnatarū et nullum lac eſt ſm māmillis marium· generaliter quāuis aliquādo accidere videatur aliter· quedam aūt herbe habent humorem lacteuz vt titimallus· et quedam arbores vt ficus· cuius lacte vt ibi dicit ariſto· lac animaliū coagulatum eſt· et lac canuz ſpiſſius eſt ommiū animalium preter leporū ⁊ porcorum· Eſt autez maxime ſpiſſum ſm partu· ſed poſt ſubtiliatur· vt dicit ariſto· libro· vi· ſm ſine· vacca ante partum nō habet lac ſed poſt habet bonum· et cum primo coagulatur fit quaſi lapis· ⁊ hoc accidit quādo cum aqua cōmiſcetur· vt dicit idem ibidez· Item idem libro· ix· quādo puer nutritur lacte calido dentes ei⁹ citius oriūtur· poſt partum autem ⁊ mūdificatōnem lac mulieris multiplicatur et quedam mulieres habent ſoluz lac ſm cono māmillarum· et quedā ſm alijs partibus iparum· et quādo lac non bene digeritur coagulatur ⁊ māmille ſndureſcūt quoniaz tota māmilla eſt valde mollis et ſi ſuperuenit aliquis pilus accidit magna ſnfirmitas· et dicitur piloſa· et non ceſſabit dolor quouſq; exeat pilus cū lacte· aut quouſq; putrefiat ⁊ exeat· ⁊ dum lac exit non ſnuenitur generaliter menſtruum· Quedam vero lactātes menſtruant cum fuerint eaz lac humid⁹ ſanguis et quādo pueri lactantur ſanguīne groſſo et multo· accidit eis ſpaſmus· et ſi fuerint lactans fertilis· tunc nocet multitudo lactis· ⁊ mulier nigra nutribilius ⁊ melius habet lac q̄ alba· vt dicit idem· Conſimiles ꝓpietates lactis et multas alias recitat (vſa· ſm dicta) vbi ſic dicitur· lac ſnquit generaliter diuiditur tripliciter· aut enim eſt dulce eriens nouiter a māmillis· aut eſt acidum ſiue acre iam diu mulſuz· aut eſt intervtrūq; mediocre· dulce autem eſt magis ſapidum· quia vicinum ſanguini ⁊ amicum ſm ipm de facili conuerſiuū· et ideo laudabile eſt ipius nutrimētum· Eſt autez cōpoſitum ex tribus ſubſtātijs ſm virtute ⁊ actōne varijs ⁊ diuerſ⁹· vna ſubtiliatiua ⁊ mūdificatiua altera ꝺo groſſa ⁊ opilatiua· tercia ē mollificatiua· naz ſuba aquoſa ⁊ ſeroſa acuta

est et subtiliatiua·grossa est caseosa que frigida est et grossa et ideo opilatiua·butyrosa vero est vnctuosa ⁊ mollificatiua vnde lac cum sit sua substantia aquosa et acuta est grossorum humorū meatiuū: et subtiliatiuū·viscerum lauatiuū·interest morum mordicatiuum·ventris solutiuum et fecis de facili expulsiuum·corruptorum humorum interius in corpore et exterius absterſiuū·venarum penetratiuum: opilatōis splenis ⁊ epatis aperitiuum·et maxime si fuerit ex animalib⁹ calide complexionis·vt ex camelis·et tale lac est ydropicorum iuuatiuū(vt dicit idem et sequitur)lac itaq; laudabile est et in suis tribus substātijs tempatiuus·sua aquositate est membrorū mundificatiuum·sua butyrositate est venenis repugnatiuum ⁊ membrorum humectatiuū·sua caseitate cibariorum ab orificio stomachi ad fundum depressiuū·Est ⁊ alia lactis laus quia si tempate ⁊ oportuno tempore mundato prius corpore accipiatur: corpus est laudabiliter nutritiuū et substātie sanguinis assimilatiuū· Si autem a corpore non mūdato vel tempe non congruo accipiatur in malos humores quos inuenit est conuertiuū et iporum augmētatiuum in fumos calidos resoluitur: et sic erit doloris capitis causatiuū et si febris materiam inuenerit: erit caloris febrilis inflammatiuū·vel si calorez naturalez inuenerit debilem de facili acescit: et fit in stomacho acetosum· nam quādo est humor minius et paruus calor acetositas vel putredo fleumatis generatur·et ideo lac non est froquēter sumendum nisi corpore existente tempato et stomacho inanito·nam si corpus a putridis humoribus ⁊ colericis fuerit vacuum ⁊ depuratum si lac bene digestum fuerit: multuz ⁊ bonū prebebit corpi nutrimētum·laudabilem generabit sanguinem·carnez augmētabit·humectabit corpus et exterius in superficie faciet teneorum atq; pulchrum·vt dicit idem·Item dicit idem: rursus·lac inquit bibentes ieiunos esse conuenit: ⁊ calidum esse quādo vberibus est vicinum·nec est aliquid comedēdum quousq; lactis substantia digeratur·oportet etiaz vt labor et motus minius caueatur: quousq; descēdens ad decoctōis locum digeratur·quia ex inordinato motu ⁊ calore nimio subito generato eius vnctuositas in fumū nociuū resolueretur et grossiori parte remanēte indigesta multiplex corruptio generaret vt dicit idem·Electum autez lac vt dicit ibidem·debet habere quatuor qualitates: colorem/odorem/liquorem/et saporem·Colorem albissimū clarum a atimitate et ruborez ⁊ liuiditate maxime alienum·Odorem gratuz ab horrore ⁊ a grauitate remotum· Liquorem inter subtilem ⁊ grossum medium cuius mediocritatis signum est si gutta sup vnguem posita remanet cōtinua ⁊ non liquescat cuius guttule forma inferius est lata et superius est acuta· Saporē habet acceptabilem quādo nec amaritudine nec salsedine nec acedine est admixtū· Inter omnes autem istas differētias lactis: femineum magis creditur esse tempatum·qz omne lac naturam ⁊ cōplexionez animalis cuius est naturaliter imitatur·⁊ idō quia humana complexio maxime est temperata: ideo mulierē lac maxie est temperatuz· ꝓpter qō maxime est nutritiuū humectatiuum ⁊ asperitatis angulorum oculi potissime mitigatiuuz·et quicquid de bonitate lactis supza dictum est totuz concurrit in hoc lacte·

